coquebant propter penuriam lignorum in egipto. Opprimebantur ergo hebrei operibus; nocte paleas colligendo. et die lateres faciendo. Idem numerus laterum exigebatur ab eis quod prius flagellatique sunt magistri de filiis israel qui preerant fratribus suis. operantibus; ab exactoribus magistris egipti ueneruntque prepositi filiorum israel ad pharaonem dixeruntque ei. Cur in nos agis [illegible]. Uacatis [illegible] otio et dicitis. Eamus sacrificemus domino. Ite et operamini. palee non dabuntur uobis. Cumque egrederentur occurrerunt moysi et aaron. et dixerunt ad eos. Uideat dominus iniuriam uestram in nos et iudicet. quia fetere fecistis nos. id est abominabiles reddidistis coram pharaone. Et ait moyses ad dominum. Cur misisti me. ut affligeres populum istum. Dominus [illegible] in manu robusta eiciam eos. et ait. Ego

(margin: De afflictione filiorum israel.)

pharaonis. Magistri [illegible] operum ebrei erant prefecti [illegible]

(margin: De nomine adonay)

Ego sum dominus qui apparui abraham. ysaac. et iacob in deo omnipotenti. id est quasi deus omnipotens. et nomen meum adonay non indicaui eis. id est fortitudinem. et potentiam ad aquas pertinet. Hoc nomen sed pietate et sapientiam ad aquas pertinet [illegible] et non indicaui sicut tibi apparuit nomen habes. sed moysi locutus est facie ad faciem. [illegible] educam uos in terram super quam leuaui manum meam. id est iuraui dare eam patribus; uestris ego dominus qui ita iuraui. et hoc. sic ego sum dominus et est iuramentum. species(?) narrauitque moyses hec omnia filiis israel. nec adquieuerunt propter angustias spiritus. Connumerauit historia principes domorum per familias suas. sed de tribubus tantum ruben. symeon leui. nobis autem de solo leui dicere sufficiat. Filii leui fuerunt gerson. caath. et merrari ex quibus; tres familie leuitarum diuidantur. [illegible] Filii caath amram et isuar. filius ysuar chore. filii amram de iocabeth. aaron. moyses. et maria. Accepit autem aaron uxorem elisabeth filiam aminadab sororem naason que peperit ei nadab. abiu. eleazar. et ythamar. Eleazar accepit uxorem de filiabus phutiel que peperit ei phinees. Iste est moyses et aaron quibus locutus est in terra [illegible] Et moy. [illegible] quam de alio locutus est.

(margin: De quadruplici(?) iuramenti)

De mutatione uirgarum in colubrum.

Locutusque est dominus ad moysen. loquere ad pharaonem omnia que loquor tibi. ne timeas eum. Ecce constitui te deum pharaonis. id est potentem super ipsum in uita eius facere signa admodum dei. Aaron erit propheta tuus. id est prolocutor. notandum moyses deus et aaron propheta. Ingressique sunt moyses et aaron ad pharaonem. Moy. erat. lxxx. annorum et aaron lxxxiii. quando locutus est ad pharaonem. Tulit ergo uirgam moysi et [illegible] coram pharaone et uisa est in colubrum. uocauitque pharao maleficos et fecerunt similiter per incantationes singuli uirgas suas que uerse sunt in dracones. sed uirga aaron deuorauit uirgas eorum. Et sciendum quod magi oculos spectantium deludebant. uel demones discurrentes per mundum et subito semina rerum de quibus; fiunt. agitabant. Induratum est cor pharaonis. ne audiret eos. Et ait dominus ad moysen. Egredere in occursum pharaonis. cum egredietur ad aquas. et dices. In hoc scies quod dominus sum. percutiam uirga aquas fluminis. uertentur in sanguinem. pisces morientur. Et affligentur egiptii. [illegible] percussit aquas fluminis uersaque est in sanguinem. et fuit sanguis in omni terra egipti. in fluuiis. riuis. paludibus; [illegible] in uasis domo [illegible] foderunt pueri egipti [illegible] circuitum fluminis. et inuenerunt sanguinem. Feceruntque magi similiter. Iamnes et mambres. et dicit quod ablatione aquarum [illegible] quod non percussit dominus plagis [illegible] israel. qui habitabant [illegible]. Dicit iosephus. quod ebreis erat flumen potabile. licet esset mutatum. Egyptius non nos solum

(margin: De aquis uersis in sanguinem)

(margin: De ope demonum)

[illegible] uidens [illegible] plagis prima [illegible] [illegible] [illegible] sermo [illegible]

colore, sed amaro sapore et cruore perferebat unda. Post-
modum quod alibi quam tamen in Nilo aqua fuit in Egypto. Et fu-
it prima plaga qua percussit Dominus Egyptum vii. diebus,
de qua dicit Iosephus quod Pharao in veteri peccato resistens
hebreos abire permisit, cum quod malum fuisset celera-
tum seniorum primum ... De ranis.

Item locutus est Dominus ad Moysen: Ingredere ad P-
haraonem, et si noluerit dimittere populum, dic Aaron: extende manum super
flumina, rivos et paludes. Et fecit sic, et ascenderunt rane que
operuerunt terram Egypti. Ait Iosephus: orte in ore ... mo-
riebantur et putrescentibus cadaveribus fetor nimius no-
xius exalabat ex aqua, immo quedam cum domestice domos
intrantes, sepe in cibis et potibus et lectis inveniebantur.
Fecerunt autem et malefici similiter. Sciendum est tria genera ra-
narum: unum fluviale et vocale; aliud mutarum, quod cala-
mitum dicitur, quod spirat in os canis, ob mutescit; ter-
cium magnum et venenosum, quod rubeta dicitur et vul-
go crassantium. Dixit ergo Moyses ad eos: orate Dominum
ut auferat ranas a nobis, et dimittam populum. Et clama-
vit Moyses ad Dominum, et mortue sunt rane. Videns quoque Pharao
quod data esset requies, non dimisit eos. Dixit Dominus ad Moy-
sen: dic ad Aaron: extende virgam. De ciniphibus.
et percute pulverem terre, et fiant ciniphes in omni terra Egyp-
ti. Et factum est ita. Sunt autem cyniphes musce adeo sub-
tiles ut visum nisi acute cernentis effugiant ...
pus cum insidunt, acuto terebrant stimulo. Feceruntque ma-
lefici similiter ut educerent cyniphes, et non potuerunt,
dixeruntque Pharaoni: digitus Dei est hic, id est spiritus Dei. Sicut
procedit a filio, sic per digitum spiritus sanctus. Augustinus: quia-
re in hoc defecerunt, non in primo vel in secundo. Et dicit hic
esse sententiam adnotationem quod ... notitia patris et
filii, non tamen spiritus sancti. Hec tria signa facta sunt per manum Aaron,
consequentia vel a Domino tamen quedam vel per Moysen. Dixit Dominus
ad Moysen: egredere ad aquas ad Pharaonem De cinomia.
et dic ei: quod si nolueris dimittere populum meum, mittam in te
terram Egypti omne genus muscarum, faciamque in die
illa mirabilem terram Gessen ... tranquillitatem. Et fac-
tum est ita. Venitque musca gravissima in omne terram, et loco
... multitudo muscarum, et expressius dictum est quam
pluraliter diceretur. Pro quo lxx posuerunt cynomia, id est mu-
sca canina, quod in psalmo legitur. Et vocavit eos Pharao
et dixit: Ite, sacrificate Deo vestro in terra hac. Qui dixerunt:
non possumus. Abominationes Egyptiorum immolabimus.
Simulacra veremur que colunt Egyptii coram eis, lapidibus
nos obruent. Taurum enim adorabant in honore Apis,
vaccam pro Yside, ovem pro Amone, unde abomi-
nabile erat eis hec occidi et comedi. Et ait
Pharao: Ite in desertum, verumtamen longius abe-
atis. Rogate pro me. Oravit Moyses et recessit musca.
Item quoque induratum est cor Pharaonis. Pro hiis omnibus plagis
dicit Iosephus quod innumera multitudo pediculorum
Egyptiis pullulavit ex corporibus civilibus, quos in me...

...ferat, sic lepris ... omnibus et similibus
lavacris nec medicaminibus unguentis exterminare potuit
multis in plagis. Post x. et Mosaicas credibile est Egyp-
tios fuisse pestas. De morte pecorum.

Tunc dixit Dominus ad Moysen: Dic Pharaoni: si retinueris populum meum,
ecce inducam pestem gravem, et morientur omnia animalia
Egypti. Nec quicquam de hiis que possidet Israel morientur.
Et mortua sunt animantia Egypti, illa scilicet que erant in
domibus; nam que erant in pascuis per grandinem peri-
erunt. Vel forte determinandum non est quasi sine multo temporis in-
tervallo forte ... non sint ... potuerunt alium habe-
re animalia. Pharao autem dicit Iosephus quod vestitus multigenum
circum aspectibus nullus occurrit regione corporum
impleverit, quibus ... consumebantur ... agebat
nudabat. Et induratum est cor Pharaonis. De vulneribus et vesicis.

Item dixit Dominus ad Moysen et Aaron: Tollite cineres
de camino, et spargat illos Moyses in celum co-
ram Pharaone, et erunt in hominibus et iumentis ulcera et vesice turgen-
tia. Et factum est ita. Nec poterant malefici stare
coram Pharaone propter vulnera que erant in eis, ex inflatione cor-
ruptione venenata. De grandine.

Dixit quoque Dominus ad Moysen: Dic Pharaoni: hec dicit Dominus: Id-
eo posui te ut ostendam in te fortitudinem meam,
et narretur nomen meum in omni terra Egypti. Et pluam hac
ipsa hora cras grandinem ... que non fuit in Egypto
usque in diem hanc. Nunc ergo mitte et congrega iumenta tua
et omnia que habes in agro; homines enim et iumenta ... peribunt. Qui timuit
... fugere fecit in domos. Extenditque Moy-
ses virgam in celum, et dedit Dominus tonitrua, grandi-
nem, et fulgura, et ignis mixtus pariter ferebatur. Et per-
cussit grando cuncta que fuerunt in agris, mixtim pariter
ferebatur, et herbam et lignum regionis confregit. Ordeum
lesum est quia iam virens erat, et linum quia iam folli-
culos germinaret. Triticum vero et far, quod est genus gra-
ni frumento ... non sunt lesa, quia serotina sunt, adhuc
in terra tamen ... ingentes
... Et vocavit eos Pharao et ait:
Peccavi et nunc; orate Dominum pro me, et dimittam vos. Egres-
susque Moyses ex urbe tetendit manus ad Dominum, et ces-
savit tempestas, nec ultra stillavit pluvia super terram,
et ingravatum est cor Pharaonis. De locusta.

Dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, et fa-
ciam signa que narres filiis et nepotibus, ut sciatis
quia ego Dominus. Et ingressi dixerunt regi: hoc dicit Dominus: Ecce
ego inducam cras locustas in fines tuos, ut co-
medant quod residuum est grandini. Dixeruntque servi Pha-
raonis ad eum: usquequo patimur hoc sc-
andalum? dimitte homines ut sacrificent; Egyptus periit. Item
vocavit eos ... dixit Pharao: Qui nam sunt qui ituri sunt ad sacrificium
Domini? Et ait Moyses: viri et mulieres, senes et parvu-
li cum ovibus et armentis. Et ait: Cui dubium est quod
pessime cogitetis? Non fiet ita, sed ite tantum viri, hoc enim
et ipsi petistis. Eiectique sunt a conspectu eius. Et extendit Moy-

ses manum super terram Egypti, et induxit Dominus austrum die illa et
nocte, qui levavit locustas. Et operuerunt univ-
ersam superficiem terre in cunctis finibus Egypti, et devoraverunt
omnem herbam ... brucus dicitur ... locus-
ta quasi longa hasta, quia longiora crura habet ...
... Pharao vocavit eos et ait: Peccavi in
Dominum vestrum et in vos, sed orate ut tollat a me hanc pestem
hac vice. Egressus Moyses oravit Dominum, et flavit
ventus ab occidente, et proiecit locustas in mare
Rubrum, et induravit Dominus cor Pharaonis ne dimitteret Israel.

De tenebris.

Extenditque Moyses manum in celum, et facte sunt tenebre
palpabiles, ut nec videre nec movere loco se
possent Egyptii. Multi etiam ... mortui
sunt. Ubicumque autem erant Israel lucebat. Vocavitque eos Pharao
et ait: Ite ... oves tantum et armenta remaneant. Et ait
Moyses: non remanebit ex eis ungula. Pecora cum adhuc
ignoremus quid debeat immolari. Et ait Pharao:
Cave ne ultra videas faciem meam; morieris. De diebus Egyptiacis.

Abiit ergo Moyses ad fratres suos, et ait Dominus ad eum: Ad-
huc una plaga tangam Pharaonem et dimittet vos. Nota
de quibus plures fuerunt plage in Egypto quam x. que numerantur
in Exodo, et forte non fuerunt adeo graves, et ideo tacentur.
Unde et quidem dies Egyptiaci putantur, quibus plage fuerunt
in Egypto, quorum duos in singulis mensibus notamus. Ad
memoriam complures forte fuerunt non est credendum quod
Egyptii. Licet astrologi putent dicentes illos dies nefas-
tos in inchoatione operis vel in opus tenendi vel munitionis.
Nota quod quidam Egyptiorum timentes Eg-
yptum perituram egressi sunt, ut Cycrops, qui in Grecia
urbem condidit que vocatur Athene, que prius dicta est Acte hic,
quidam Grecorum diadema quidam ... dixerunt,
qui dictus est et differens est nomen Egyptius, quod latine
dicitur ... vel puritatem
... lingue Grece sed Egyptie sub
quo primo Minerva nata dicitur credi, et eadem tempestate
Dionisius Bacchus, qui et Argos condidit ...
... diluvium in Thessalia factum sub
Deucalione et incendium sub Pheronte ... Moy-
si sub Cecrope ... Ericthonius filius
Vulcani currum et ... primus quadrigam iunxisse fe-
runt. Egyptus que prius Mesraim ... a Beg-
pto rege sub ... Egyptus dicitur. Lacedemon filius Se-
meles Lacedemoniam condidit ... Epi-
daurus condita et Corinthus que prius Ephira ...
Danae ... Celeno Epaphum genuit, qui Memphim condidit,
cum in secunda Egypto regnavit. Sane determinans Dominus pla-
gam quam facturus erat ait: Ingrediar Egyptum, et morietur
omne primogenitum a primogenito Pharaonis usque ad
primogenitum ancille que est ad molam, et primogenita pe-
corum. Apud vos non mutiet canis. Et petentes vasa
pretiosa ab Egyptiis dabitis nobis. De diebus azimorum.

Item dixit Dominus ad Moysen: Mensis iste erit vobis primus in
De agno paschali.
mensibus anni. Hic est apud nos lunatio aprilis que in marcio sepe inch-
oat. Hic dicitur ab hebreis nisan, apud Egyptios parmuthi, apud
Macedones xanticus. Voluit ergo Dominus eos a ceteris nationi-
bus differre, sicut religione et ritu, sic computatione tem-
poris. Ratione Romani ex traditione Nume Pompilii
primum posuere ianuarium circa solstitium ... Sol ascendere. Post
solstitium hiemale Arabes inchoant annum, post solsti-
tium estivum ... ab hebreis. In marcio
mense ... mundus ... legitur ... Decima mensis
sumat unusquisque agnum per familias suas. Quod si minor est numerus ut suffi-
cere ... agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui sue ...
ad esum agni. Erit masculus anniculus, absque
macula ... quod in levitico ...
... et servabitis eum usque ad quartam decimam diem, et im-
molabit eum omnis multitudo filiorum Israel ad
vesperam, et tingentes cum fasciculo ysopi in utroque poste
et in liminare sanguine, edentes carnes nocte illa
assas igni, non coctum quid de eo aqua aut crudum, id est
semicoctum ... azimos panes cum
lactucis agrestibus, ut amaritudo amaritudinem fu-
turis memoraret ... caput cum pedibus
... si quid residuum fuerit, igne combu-
retis ... ut ait Iosephus ... sursum ferri solet ...
elevatio ... que ... hoc ...
Egyptios ... De modo
comedendi ait: Renes vestros accingetis, calciamenta
habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus.
Os non frangetis ex eo ... comedetis festinanter. Est enim phase, id est transitus Domini. Dictus
autem nox illa transitus, quia in ea transivit angelus
per Egyptum percutiens primogenita, a Domino usque ad pe-
cus transivit super tecta Hebreorum linita sanguine,
et agnus est Israel transeundi de Egypto. Iterumque ait
Dominus: Diem hunc habebitis sollempnem in generationibus
vestris cultu sempiterno. vii. diebus azima
comedetis. Prima dies erit sancta atque sollempnis, et
septima; nichil operis facietis in eis, exceptis hiis que ad
vescendum pertinent. Patet quod in mediis diebus poterant op-
erari ... erat eis sollempnis ... quovis
festo ... licet operari.
... potuit esse quod mulieres in ipso die sollempni paschali unguenta
potuerunt parare ... non licuit
... Filii Israel fecerunt sicut preceperat Dominus Moysi
et Aaron, et egressi sunt quarta decima luna, ut fi-
nibus Egypti ... Iosephus dicit eos
egressos decima luna et expectasse quartam De morte primogenitorum.
decimam. Factum est autem in media nocte, percussit Dominus
omne primogenitum Egypti, nec erat domus in qua non iaceret
mortuus, vel forte potuit non fuisse domus
absque primogenito. Compulsusque Pharao dixit Moysi

Unda rubens, ulcera, corruptio, in vina locustas. Detractor ciniphes cum vexatur musce. Nox sopor lux homini scintilla ...
Brucha dilatat in pena, grando minatur, nox cedis, tenebre fidei destructio, mors est.

pueri, exceptis parvulis; immo Egyptii urgebant eos exire. Tulit ergo populus farinam conspersam super humeros ligatam in palliis, et petierunt ab Egyptiis vasa, vestem quam plurimam, et spoliaverunt Egyptios ex precepto Domini, tamquam pro mercede laboris quibus fraudati erant, vel unde fieret tabernaculum. Et erant quasi sexcenta milia virorum peditum absque parvulis, et vulgo famulantium eis innumerabili. Et duxerunt secum diversi generis animantia multa nimis.

De exitu de Egipto.

Sciendum est autem quod nullus preter solum adhuc noverat terram in qua sepultus erat Joseph. Tenebantur autem ex juramento asportare ossa eius. Descripsit Moyses nomen Domini in lamina aurea, quo superposita aquis natavit usque dum veniens stetit super ubi erat sepultus, et effodientes sustulerunt ossa, que sublata leguntur per pluralitatem in ossuario. Difficilem itineris tamen Hebrei tradunt quod vis ex puteo astitit vox eos que locuta est ad eos observare; duxerunt ea secum multo tempore, et postea dixerunt ea esse Joseph, de quo Levitis videndum, velut de Joseph. In ingressu eorum, sicut fertur, corruerunt multa templa Egypti, cum ydolis suis corruerunt. Habitatio autem filiorum Israel fuit in Egypto quadringentorum triginta annorum. Sic erit Egypti intelligendum ut sit omnis incolatus eorum qui a promissione habuerunt, scilicet a Mesopotamia, cum aqua usque ad legem datam tot anni fluxerunt. Solum ducenti quindecim anni fuerunt Israel in Egypto post mortem Joseph. Quibus expletis eadem die egressus est omnis multitudo de terra Egypti, quod est mirabile, ad hoc firmum forte eadem die qua egressus est Abraham ad pugnandum, et nota quod hic dicit eadem die egressus est, et ita in Numeris dicitur quod in qua egressi de Egypto prima die, scilicet azimorum, et superlegitur dictum est. Nullus de Egypto prima die, scilicet azimorum, egrediatur hostium domus sue usque mane. Ecce scriptura legitur. Nox ista observabilis est Domini. Cum computatur de terra Egypti, forte intelligendum est nocte convocatos, id est ad mane egrediendum ab Egyptiis, nocte convivium pascales perfecerunt; sunt qui dicunt esse in Sochot. Non est locum eos Egyptii sepelientes mortuos suos. Multi enim Egyptiorum flebant penitentes quod eis fuerant tam crudeles coexitique. Farinam quam tulerant de Egypto fecerunt subcinericios panes azimos, ex quo dico cum ... tota gula eos. Hic usi sunt triginta diebus, non ultra suffecerunt quod tulerant de Egypto licet sub necessitate custodirent, ut eis ad saturitatem ut essent.

De sanctificatione primogenitorum.

Dixitque Dominus ad Moysen: Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam ex filiis Israel tam de hominibus quam de jumentis. Forte quia primogenita eorum a percussore angelo liberavit. Et hoc modo sanctificantur utique, ut de incepto omnia sanctificet et ex eorum fructu primo honorandus est, primogeniti quorum decimum levi offerebantur, sanctificabantur. Utique Domino primogenita aliorum offerebantur et redimebantur primogenita pecorum apta ad immolandum.

Una sola erat nubes sed ex una parte erat lucida, ex alia obscura.

... qui in sacrificiis ... columpna nubis ... nocte ... columpna ignis.

Phylaxe quasi suavis; et thorat quasi est lex.

oblata erit sacerdotium, immo vero non oblata sed redimebantur, ut primogenitum asini mutabant oue, que pecoribus offerebantur. Quod si nec oblata nec recepta occidebant. Ut primo genitum camelis et addicerit Dominus cum introduxerit te Dominus in terram promissam, memorabis filiis tuis, sanctificanda ritu sempiterno, eritque hoc quasi signum in manu tua, et quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos, ut scilicet hec liberatio vestra memoria non abeat, ut veniret in oblivionem, quia manu gerunt et ante oculos appenditur, quod pharisei adhuc tam observantes in cartis hec scribebant, et decem simul legis simul ferunt, circum ligabant brachiis et ante oculos appendebant, quas Dominus in evangelio philacteria vocat.

De deserto Egipti.

Igitur cum emisisset Pharao populum, non eduxit eos Moyses per Palestinam, confinia Egipto, propter antiquam molestiam, ne insurgerent Philistei adversus eos, sed eduxit eos per desertum quod est juxta mare rubrum, utpote in mandato Domini ibimus ut duceret eos ad montem Syna ad immolandum, sicut ei stipendiis tertium Egipti, ut eos persequi segetur molestiam itineris. Armatique ascendit filii Israel de terra Egipti. Multi dant alia translatione: et quintam generationem ascendit filii Israel, Moyses quintus fuit a Iacob, et per filium unde a Phares usque ad Salmon quinta fuerunt generationes. Hebreus habet: et ascendit filii Israel profectique de Sochot venerunt in Etham. Civitas enim est in deserto in capite solitudinis, que a Iosepho hec dicitur Babilone posterius dicta, cum Cambises Egiptum vastaret. Dominus autem in duxit itineris precedebat eos per diem in columpna nubis, ut fervore solis protegeret, in columpna ignis per noctem tenebras et a serpentibus, ut viderent pergereque; Dominus in terris aliquantulum, iussit Egiptum castra metarentur in regione Phiaroth, que est inter Magdalum et mare contra Beelsephon. Est autem Magdalum civitas in confinio Egipti, ad quam videtur post Ieremie. Interfecto Godolia primo confugerunt. Et posuerunt castra super mare rubrum. Huius maris aqua rubea non est sed omnis terra circumstans rubea est, ex qua vitiatur gurges. Anficit enim acutissimum et propter eas quod esse in fluctibus et in hec colore candit, ob hoc ideo gemmerunt breuiter invenimus que humo involute; inter arenas ab ore ... colore habet mare, rubrum mare in duos sinus dividitur, quia ab oriente est persicus appellatur, quia persis eumque habitabant alter arabicus dicitur, ut nos dicimus rubrum. Hebreus habet canosum quia cannae vero multe habundant. Sane coartati sunt filii Israel ex una parte erat, ex alia promunitoria ex parte que insurgere non possunt; immiserunt mare, ex alia montibus invia, ex tertia exercitus ad tercia est corporibus et tertio trecentos autem post trecentos ab Egiptiis insecuti sunt eos equites quoque dixit quinquaginta milia et ducenta milia peditum armatorum. Levantesque Ebrei oculos viderunt Egiptios post se, et timuerunt valde, nec poterat fuge facultas

De ducatu columpne ...

... Erat autem ex ... ut magis ... in una sola

te habebat, nec pugnare poterant quia inermes erant, nec in memoriam pro ciborum penuria. Cumque plurimum clamarent, Moyses dixit eis: Nolite timere, et videte hodie videtis magnalia eius. Dominus pugnabit pro vobis et vos tacebitis. Egiptios quos modo videtis non videbitis in sempiternum. In Hebreo plenius habetur: non videbitis ut ne videtis vivos. Scilicet adoraverunt Moyses ad Dominum. Quid clamas ad me? Ingrediantur virgam et extende manum tuam super mare et divide illud ut ingrediantur filii Israel per siccum. Tollensque se angelus qui precedebat eos stetit post tergum inter Egiptios et Israel erat nubes tenebrosa Egiptiis sed lucida Ebreis. Cumque extendisset Moyses manum flavit ventus vehemens et facta est aqua in signum, et divisum est mare in duodecim divisiones, ut que tribus per viam suas incederet, et vocans Moyses singulas tribus ordine nativitatis sue ortabatur illos ut primum peruenerint. Cumque timuissent intrare, Ruben, Symeon, Levi, Iudas primus ingressus est, et postea eum alii. Et in regnum profecti sunt per medium maris, aqua erat ad dexteram eorum et ad levam. Quod videntes Egiptii vesanos eos in dicebant, sed cum viderent illesos abire, ingressi sunt post eos, iamque venerat vigilia matutina respexit Dominus super Egiptios per columpnam nubis et ignis, id est imbres et tonitruis coruscationes, lapides ... Egipti ... super eos. Invicem dixerunt: Fugiamus Israel, Dominus enim pugnat pro eis. Hunc autem Iosephus ait contrario venerat, in eo hebreus dicunt quod cum Egiptii venissent ad extremum montis directum in mare per longum maris iuxta eos obliquisse, recurrendo in montem ad idem litus est Egipti redisse. Quod probant sic: Nam fieri est ut quod per meo ad primum littus perirent. Cumque mane iacerent Egiptii mortui in littore, patet quod ibidem ... litus exaltum parte mortis. Non in spatio noctis fere equinoctialis nisi filii Israel admedium mare transcurri lampades ... unde sic turbarent Egiptii, Moyses Domino iubente extendit manum suam super mare, et reversae sunt aque ad priorem locum et operuerunt Egiptios, nec unus quidem superfuit ex eis; et tulit Israel arma mortuorum. Moyses que canticum Domino composuit exametro carmine: Cantemus Domino etc. Quod quia prius ceteris legitur canticorum dicitur. Nec hoc discredendum dicit Iosephus, cum Alexandro Macedoni exercitu eius clarum in sequi mare Pamphilicum divisum fuisse legatur, volente quippe eum regnum Persarum delere volebat. Mortuus est autem Israel iuxta litus, septem diebus et cum tympanis et mulieres in manibus singulis diebus ut movebat ad litus et cantabant Domino canticum Moysi. Ut sic ait ... meo ... septem pascalibus diebus cantando redimi et fontes et in Marath Iosephus libro secundo.

De dulcoratione aque in Mara.

Post vero in desertum Sur. In Hebreus habet in desertum Etham posuit mare in deserto Sur per eius in deserto suo ambulaverunt tribus diebus per solitudinem

De mari diviso apud Alexandrum

aque donec venerunt

nec invenerunt in Marath, ubi aqua invenerunt pro amaritudine amara. Dicit quidam hoc, qui sitiens potui non invenit quod invenit et gustare non potuit. Dominus autem ostendit Moysi lignum quod cum misisset in aquas, dulcorate sunt. Forte lignum illud erat efficacie ut forte miracula fecit, sed est ut in solitudine in qua lignum non erat inveniret. Lignum Ebreus dicit quod lignum illud naturaliter erat amarissimum, ut mirabilior innotesceret virtus divina amarum addens amaro dulcedinem operatum est. Iosephus videtur velle quod aque in coenum in secerent quia minores semper fuerant eo mollium. Vitium ex lumine minoverant aque. Dicit et ipsum fuisse puteum modicum. Sumens autem Moyses autem virgam quam habebat in se scindit eam in medium in longitudine incisione faciens et eam in puteum proiecit. Precepitque fortibus ut haurirent aquam plurimam perfunderent, ut ultima que remanserunt, frequentibus concussionibus excitata et purgata fieret potabilis. Ibi etiam dedit iudicia, non dum tamen mrc. sed datum se promisit si obedirent ei velle.

De fontibus et palmis Helim.

Post venerunt in Helim ubi erant duodecim fontes et septuaginta palme, et dicit Iosephus quod modica aqua erat in fontibus, ut sic ex modicum manibus sumeret et cenosa esset inutilis, et propter hoc et palme non multum eminebant, ara que non sufficiebat humor ad conglutinandum humo. Ex inde venerunt in desertum Sin, quod est inter Helim et Synai, ubi plures fecerunt mansiones que innumeris exponuntur.

De coturnicibus et manna.

Quinto decimo die mensis secundi vicesimo, scilicet ab exitu eorum de Egipto, quando scilicet pascha celebratur, defecerunt eis victualia que tulerant de Egipto, et dixerunt: Utinam mortui essemus in Egipto quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem in saturitate. Cumque orasset Moyses ad Dominum dixit ad eos: Audivit Dominus murmurationes vestras contra eum, et dabit vobis vespere carnes et mane panes in saturitate. Factum est vespere et ascendens coturnix de sinu arabico operuit castra et ascenso medio mari, et propter castra et adiutum per capiebant. Est autem coturnix avis regia, quam Iosephus ortigiam vocat, Grecus ortogomena, nos vero vulgo curlecum. Mane vero cum oraret Moyses, ros descendens in ... est manibus; et quod propter in libre suspicatus est, sed congregasset sensit mel et dulcedinem et panem ... datum intellexit, et iacuit ros per circuitum castrorum, et erat granum minutum, quasi semen coriandri, albumque modum pruine. Et quod primo sensit quod videntes filii Israel dixerunt: Manhu, id est quid est hoc, unde inceptis manna dictum est, quod quidam indeclinabile putant, alii tamen prima declinatione ponunt sicut et pascha. Scilicet dixit eis Moyses: Hic est quem dedit vobis ad edendum. Colligite ex eo gomor per singula capita, et collegerunt, alii plus.

alii minus. et mensi sunt ad mensuram gomor. nec qui plus collegerat abundavit amplius. nec qui minus paraverat reperit minus. forte si in vasculis collecta ponebant et reddebant singulis gomor. Unde Iosephus assaronem vocat. et decima pars ephi. ut forte quantumcumque quis colligeret. veniens ad vas non inveniebat nisi gomor. vel per miraculum factum est ut edacibus sufficeret gomor quod ab aliis comedebatur. Colligebant autem mane quia cum incalesceret sol liquefiebat quod in tentoriis erat. cum ad ignem durum fiebat. Terebant autem illud in pulverem et conglutinatum in panes formabant. cuius sapor erat dulcissimus ut predictum est. Simile est melli. et alibi. Sapor panis olei. Quod non dicit quia sapiebat unicuique in ore quod desiderabat non multum est autenticum. Dicit Iosephus quod et adhuc rigatur locus ille sic imbribus. Dixitque Moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Quidam tamen reservaverunt. et scatere cepit vermibus et computruit. Precepitque Moyses ut die sexta colligerent cibos duplices. et in sabbato non inveniebatur manna. Tamen servatum in diem sabbati non corrumpebatur. Putant quidam tamen nec sexta die collegisse quemque nisi gomor. sed illud primitiarum multiplicabatur mane ut duobus sufficeret diebus. Hii colligentes quod in lege scriptum est [illegible] tribuit vobis deus die sexto cibos duplices. Dixitque dominus Moysi. Imple gomor ex eo ut custodiatur in futuras generationes. id est in posteros futuras ad memoriam rei gerende. Fecit Moyses verbum domini. posuit illud Aaron in urna aurea in tabernaculo reservandum. Aiunt hebrei eos primo habuisse parvum tabernaculum in quo dominum consulebant. de quo infra. Moyses tollens tabernaculum tetendit extra castra procul. vel per prolepsim sumptum fuit tabernaculo dictum est. Hoc cibo alii sunt filii Israel xl annis. donec tangerent fines terre Chanaam. De aqua data in Raphydim.

Igitur profecta est omnis multitudo de deserto Sin per mansiones suas. iuxta sermonem domini. et venit in Raphidim. non quod ibi distingueret eis dominus mansiones. sed inditio nubis et columne quam precuntem semper sequebantur. et sistente castra metebantur. Ubi cum non fuit eis aqua. murmuraverunt contra Moysen. qui ait ad dominum. Quid faciam populo huic. adhuc pusillum et lapidabit me. Et dominus ad eum. Sume de senioribus Israel. et vade ad petram Oreb. et percutiens eam virga [illegible] est montis Syna sic dicta. Alia est et alibi petra Oreb dicta sic per Oreb qui in ea occisus est. [illegible] que est ista et egressi sunt aque. et bibit populus. Et vocavit Moyses eum locum temptationem. et contentiones. Est ne deus in nobis annon. [illegible] Egressus est autem Amalech ut pugnaret adversus Israel in Raphidim. Set erat autem

Amalech fuit filius hismaelis [illegible] amalechite. qui et hismaelite. ipsi et sarraceni. hos dicit Iosephus inhabitantes Gobolitidem et petram [illegible] stantibus. eductos ad bellum adversus hebreos. [illegible] Eliphaz primogenitus Esau genuit de concubina Amalech. Ideo forte filius Doech ydumei nuntians David mortem Saul. ait Amalechitam se. Sed forte duo fuerunt equivoci. Elegit autem Moyses Iosue de tribu Effraim virum bellicosum ad inveniendum hostes. cum [illegible] et armatos plurimos ad custodiam castrorum reliquit. Ipse autem ascendit in montem. tenens virgam dei in manu. ascendit et cum eo Aaron et Hur vir Marie. Hur filius Caleph et Marie. avus Beseleel. Cumque elevasset Moyses manus ad dominum vincebat Israel. Sin autem paululum remisisset. vincebat Amalech. [illegible] Aaron et Hur supposuerunt ei lapidem. et manus eius sustentabant. Erant graves pre labore orandi. [illegible] sacerdos manus elevat [illegible] nec remisit Moyses manus usque ad solis occasum. fugavitque Iosue Amalech in ore gladii. Dixit autem dominus ad Moysen. Scribe hoc ob monimentum in libro. et trade auribus Iosue. delebo memoriam Amalech de sub celo. quod in diebus Saul impletum est. Edificavitque Moyses altare. et vocavit illud dominus exaltatio mea. De Ietro.

Egressus est autem Ietro cognatus Moysi obviam ei in deserto. tulitque secum Sephoram et duos filios eius. Cumque intrasset tabernaculum Moysi. narravit ei Moyses signaque per eos fecerat deus. et omnem laborem itineris sui. Gavisusque est Ietro super omnibus bonis que fecerat dominus Israeli. quia eripuit populum suum de terra Egypti. [illegible] Nunc cognovi quia magnus est dominus super omnes deos. obtulitque Ietro holocausta domino. et venerunt Aaron et seniores Israel ut comederent cum eo coram domino. [illegible] aliam [illegible] que est [illegible] forte [illegible] Moyses [illegible] sicut predixerat [illegible] Iosephus Ietro venisse cum monte [illegible] Altera die sedit Moyses ut iudicaret [illegible] qui assistebant ei de mane usque ad vesperam. [illegible] Ietro ait. Stulto labore consumeris [illegible] Audi verba mea atque consilia. Esto populo in his que sunt ad deum [illegible] ceremonias [illegible] ostendas eis ad decisionem [illegible] Elige viros potentes. deum timentes. amantes veritatem. detestantes avaritiam. [illegible] quatuor [illegible] in eligendo [illegible] potentiam [illegible] sequantur. Alioquin addit continuo

et gladius [illegible] bis sapientes quos forsan potentes vocat ad iudicandum. Tradidit. Constituit ex electis quosdam tribunos. id est cuique tribui unum principem. quia tribu tribunus. obicere grece. ephi. arc. latinum millenarii. non quia tribus tria milia [illegible] millenarius non quod in tribu posuit pro multitudine copiosa [illegible] possint supponi. Forte quia principes erant tribubus suo principe voluit esse millenarios. qui tamen preessent mille sub millenariis autem [illegible] constituit. x. ex hac tribunos [illegible] centenarios et centuriones. sub centurione duos [illegible] quinquagenarios sub quinquagenario quinque decanos. [illegible] stabant ad iudicium decem [illegible] faciles [illegible] ipsorum diffinire. ascendebant ad quinquagenarium. et sic usque ad Moysen [illegible] maiora tamen referebant Moysi. ipsi minora iudicantes. In hunc modum ecclesia romana [illegible] primos [illegible] episcopos. archidiaconos. archipresbyteros. et minores sacerdotes [illegible] quedam [illegible] referent. Ad que [illegible] Moyses [illegible] De adventu ad montem Syna.

Mense tertio egressionis Israel de Egypto. in una die. id est in kalendis [illegible] venerunt ad montem Synai. fixerunt que tentoria e regione montis quadragesima. vii. die. scilicet a phase. In exponendo [illegible] xxx dies [illegible] lunares [illegible] menses [illegible] Solares [illegible] hunc [illegible] a phase [illegible] quod [illegible] quadragesimam [illegible] Sequenti die diluculo ascendit Moyses in montem ad dominum. qui dixit ei. Hec dices domui Iacob. [illegible] vidistis que fecerim [illegible] Si ergo custodieritis pactum meum. eritis mihi in peculium de cunctis populis. que cum retulisset Moyses. populus respondit. Cuncta que locutus est dominus faciemus. Cumque retulisset Moyses ad dominum. ait ei dominus. Veniam ad te in caligine nubis. ut audiat me populus loquentem ad te. Vade et sanctifica illos hodie et cras. et laventque vestimenta sua [illegible] tertium [illegible] terminos per circuitum montis quos qui transierit [illegible] tetigerit montem morte morietur. manus non tanget eum. sed lapidibus obruetur. aut iaculis confodietur. [illegible] Ioseph [illegible] diebus [illegible] ornamentis [illegible] venerat dies tertius et mane ortum ceperunt audiri tonitrua [illegible] fulgura [illegible] nubes densissima

+ De datione legis [illegible]

[illegible] operiret montem. et clangor buccine perstrepebat. [illegible] mons Synai eo quod descendisset dominus super eum in igne [illegible] quasi de fornace. Et omnis mons terribilis [illegible] hebrei timuit populus [illegible] Moysen [illegible] Tandem [illegible] apparuit Moyses [illegible] hodie non audiens Moysen filium Amram et Iocabeth [illegible] qui pro vobis [illegible] egyptii qui per mare dedit iter. qui cibum de celo potum de petra [illegible] Adam de fructibus terre comedit [illegible] Ysaac [illegible] Iacob [illegible] Ioseph sublimat [illegible] filii et uxores [illegible] montis. Ascendit autem dominus in vertice. Moyses et Aaron [illegible] sacerdotes. id est maiores [illegible] verbo [illegible] quinquagesimo. Explicatio decalogi.

Non habebis deos alienos coram me. [illegible] id est [illegible] precepta [illegible] Iosephus [illegible] Augustinus [illegible] Origenes [illegible] in tabula [illegible] Ioseph [illegible] et hebrei [illegible] Non habebis [illegible] deos alienos coram me. id est [illegible] Non facies tibi sculptile neque ydolum [illegible] quod in mundo nullius rei naturalis representativum [illegible] neque omnem similitudinem que est in celo desuper [illegible] Non adorabis ea neque coles. [illegible] Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes. visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me [illegible] Ego sum zelotes. id est non patiar te fornicari

[illegible] Romani [illegible] hostibus [illegible] vii. [illegible]

In his distinguit inter ydolum et similitudinem. ydolum nullius rei representativum est. Similitudo alicuius rei naturalis est representativa. [illegible]

ds aut eos qd addidit se ulsitare peccā prim̄ ulsionis
unc̄ p̄ncr̄ non est bonus. h̄ mo. ut ꝓpter eū sit pu
nat̄. quis. dñe nec ecc̄a mr̄i nō ē datum. non ulsce
erudel ds. S; ecce mb̄is mr̄is aparet. qd̄ est hoc no
ie ulsitatis unumq̄. Expectate ulsitamus ulsit
mos. ut pē exmanuetudine peccāt nō statim pu
nit; s; expectat. ulsq; ut eam. z quartā gnām eo
ie. qui dñs. s. patres sos uidere. ulsq; ut pleatur.
put. t filii. ꝑm nō mutabunt̄ pueri. aliqn qp
longā expectationē ultus. puni. z decollu. tm pe
na intelligendum est. sic de alijs. z ubi. mpossis
tundicta supā legitimus. t pot exp̄mi sententi i
re udicentis. geminus. ut pmi unt peccantes. si
filios. ꝑ se uidm̄ punit. z ultra pro expectōne
oriḡ. t h̄ intelligit ꝑ pēs. dēmones. ꝑ posteros
eo. ad uitores. quos. q̄q; mpeccando nob̄ adum
ginus. ut pere. ꝑmo mr̄uunt. diabolus. mgr ru
de. Ecce pat̄. pōt accedit ad pncipes. ut. z ꝑ in
hoc peccare nr̄i. ecce tertia. z quarta gnatio dñi
aut non ultat. h̄ peccā. pmi qui resumt̄ ignem in
m̄. cū sepe punit homines. Septimum pceptum.

Non assumes nomē dñi dei tui in uanū. z nō sal
uo nō sup̄ fluet. ut rebus ꝑ nomē dñi nec honorē eius
quē ibi unc est. euane scere faceas. p̄mue deco sen
ciendo. octauum pceptum.

Memento ut diem sabbi sanctifices. i. sem. z ferē
ari. h̄ non faceas omē op̄. tu. z filius tuus. z fi
lia tua. nō seruus. z ancilla. nec ūmentū tuū. nō ad
uena que intra portas tuas est. i. nec qui in domo
tua est. quia ds in sex dieb̄ fecit. vii. mos. diem
septimū sanctificauit. z ideo. vii. dies. Illa. z ioseph
sic ait. q̄ frat. s. mo. s. septimana. s. hebdas. in qua
om̄ fortē ope cessent ut ꝑ ea deo pēs sui
dñi sanctificēt. Quartum pceptum

Honora patrē tuū. z matrem tuā. duplici ho
nore. ut. ido. s. ne ecclesiam ministrando. nisi
si que fecerunt ferre mos; aperte. ut. ido. intelligit.
Non occides. t manu. z nec. Sextum pceptum.
nec uiolentā manum inferes. infonti. nec subi
bes auxiliū ut re eius potes. z debes dare. ut dee
d. nō occidd. s; lex. Septimum pceptum. vii.

Non mecabe ris. nō commiscearis. alicui ex
cepto sede mea. si nō furtiuum facias. nec z rapias a
lienā. Octauum pceptum.

Non es ꝑ ymaī tuo falsum testimoniū dice
phibo. omē m̄ datū. licet quidā male sentiēt
dñi tacite. z dissimulāt̄ datū. quod ꝑ dest. z simulā
do sit. Nonum pceptum. z decimū.

Non concupisces domū proximi tui. s. ang̃. hic phi
by. uxorem ipius. ecclām rei alicuius mimo. nō dēsi
derabis. uxorē eius. nō seruum. nō ancillam. nō bo
uem. nō asinū. nec omīa que illius sunt. hic aūt

sūme dec. fugiat pericula. salutē suā
ter. ubi pueri. homi. fugiebāt. matres. amo
ne. si occisos fuit. mecū. reliq. magos
cum. rorū reliq. z auaro suas.

sicut q̄ imitat duobꝫ ulcamus pceptis nō ꝓhibet opꝫ. s. dāmꝫ
et. tū sub. dia. q̄ lex coybet manu nō dāmꝫ. s. punit

fugimus. tū quidam exceptionē faciunt. sūt. phamicio ru
celi. sed. t furto. t hui modi confugiat ad ecclām. dicunt. nō debe
re dñs ꝑcepta tabule. subsanā reddit. p̄ā occidi. p occidi dñe
pōte. nullꝫ p nullū nece. luxurie. p luxurie admissionē. p adulterē
Si thos corrupta. fuit occidenda lapidib; obruet̄ ñ carne
eius comedent. dñs aut bouis. xxx. sicli. argenti reb
dñō suo. dnum hebreū sic estimat. pecū semi. q̄ xxx. gra
ciones. q̄ se sunt decē. quē nō eluit. ut addixit. De decimis
Decimas ꝑmittas ne tarde. aut ex offerre tu agnū tuū
dnum. tm. dicit. dñm tuū. cū matre sua. ꝑ octauo. t dem
ceps pēs reddere. Si ex annis semmabos. t iiiior
singelis. eius. septimo anno requiescere. ea facies. tm. di
cebatur annus requietionis. i. annus remissionis. qm
eo nulli licebat exigē de eius. aliqd. neq; mmorato. reliquid
de eo anno experiuntur fruges; sed creuit mtim. Comedent
pauperes ꝑ. z. qd̄ residuū fuit. pauperib; comedent bestie
ag̃. Jota faces mutanea. uineto tuo. dñ. hoc ob̄ seruatū
fuit. ut aut ioseph. quanno septo tm. habundabant
fruges. quod sufficiebat septimo. z octauo. z. addi
tum. z. decimo; ꝑ quos sollepnitatib; annu
mqub; uoluit̄ apparere omē masculū. s; nō mu
lierem. de quib; infra dicet. De tribus solepnitatibus
Non coques edum matris tue. qd̄ ios. ꝑ ex
ponet. sic. non comedat. cū matre octauum. de
quib; diem qua adhuc nō differt. a lacte. Sed iubet eos
exponit sic. ne occidat. ypm. mdiem. cū ea mouis
tuo cū. lac matris. qua ex te. mittet. pat matia. lac. t h̄ ē
ut sit. non cōsit. separatum. ulac. ma. sue. z est sensus. sepa
tum a carne. pecuū. i. qd̄ carnale gnacione. concepit. ꝙ
rō tum. z. non comedes. cocti. cū lacte. Seu aliquo lac
teo cibo. s. t. dicunt. quod dicti. est. ꝓ aues. que
non decarnes. s; de ouis. sepant. q̄s. m. lacte. lucrat. eo. q̄
s; qua lac illud petunt. posse. z mueruntur. cū aīali. phoc
phibuit. de oīa lacte. Quidam tm debil. que dño offe
runt. dicti. intelligunt. q̄ nō offerant. agnū. t. hedū
mtra octauū diem. quia non ē. esibit. ꝙ differt. a
lacte matris. quod. z. dixerat. deꝑmittis agnū. z. hedū
mis. iubet. nō. iudicio. Adduc. dñs. fecerit hec hoc
idem. oēm. ꝓlin. ad qua ingredieris. ꝑ mutuum. ser
abones. z. ueſpas. que fugabunt eos. i. ꝑ te. nō. s. tuū. su
ularum. nō. eram. eos. ne reducat. tua. in solitudinē. z. resi
erunt. ec. te bestie. ponāq; tm. nos. tuos. amari. tuis. aborien
ne. usq; ad. pelusium. mare. q̄. tm. cum. dr. ꝙ. ab occisiōn
ce. z. de. fero. quod est. pos. de. ubi. eem. q̄. mcepit. post. ten
rēcuam. usq; ad. flumiū. s. eufraten. que. tota. regio
q̄q; dicta est. inda. De fide seruanda. a. ꝓhōe. facimus. uitulo
Venit ꝙ moyses. narrauit plebi. iudicia dñi. z. dixe
runt. ois una uoce. oīa que locut̄ e dñs faciem. z. audiem
q̄ ꝓpositere. z. mandare dicti. est. ꝓsignauit. filios. israel
gressores. z. tubuerbo. iudices. Scd̄ sinq; moyses. unus. filos
israel. mones. dñi. ꝑ. decalogū. z. manes. surgent. edificauit
altare. dño. z. xii. titulos. ꝑ. xii. tribus. israel. fortitan. xii. alt

ria. q̄. dicit. titulos. t. pot. ois. unū. ex. xii. lapidi
b; z. singulis. singla. noīa. filiorū. israel. scripsit. q̄. titu
los. t. huius. singulis; unicuiq; s. hebdas. abiu. qui fuit
eorum. sacerdotes. z. immolauit. dño. pacifica. iuve
los. xii. tauros; moyses. medium. prem. sanguinis
z. misit. mensas. s. i; mmnea. cū. ansis. aceruū. q̄. de
ꝑcepit. cruoris. reliquū. sanguinis. effudit. ad. altaris. ex
legem; uolum. fedus. audiente. ꝑ. q̄. dixerit. omīa
que locut̄ est. dñs. faciemus. ꝓpe. uos. super. sanguis
nem. resp̄sit. mspp. z. ait. hoc. est. sanguis. fedus. q̄. pe
pigit. dñs. uobꝫ. cū. q̄. audiebat. sic. ꝓpitius. ut. eius
sanguis. eius. fundetur. qui uolabat. hoc. fedus
i. pactū. mr̄. uos. z. dñs. Semel. hoc. signū. ad. con
firmationē. fedus. habuerat. gentilib; quipor
tem. fedus. fedus. dēclamantes. sic. firmabat. fede
lamandum. fedus. uolauit. z. aliud. signū. tribu
hui. s. habuer. iubet. ex. sic. effusione. aquē. fecit. ioshue. z.
samuel. q̄. sicut. aqua. terra. fundit. qd̄. mē. exti
remanet. mutile. q̄. i. non. cui. liceret. z. ut. ꝑ
fusa. mutā. sic. penit. cū. stupe. sua. puret. qui. solus. uer
fedus. De primo assensu moysi in monten.

Hec ubi ascendit moyses. z. aaron. nadab. z. abiu
. xxx. de. senioribꝫ. ubi. ꝙ. ꝑceptū. dñi. usq; ad. immol
mouit. z. audiebat. dñs. z. iubebat. qui. sapiebat
um. ꝙ. celi. cū. est. serenū. cū. nec. supeos. quasā
ne. stret. mulier. manū. suā. i. nō. absondit. se. ab. ess
tie. s. i. audientes. manifestatē. dñi. nō. ꝑm. loca. epla
bant. cū. uocaret. dñs. moysen. dicat. ut. ei. tribꝫ. la
pideat. mlitudinem. d. ea. logo. z. ait. ꝑ. eo. cū. ioshue. er
ambulat. i. mmos. ducens. sermonib; expectate. h̄. s. mei
ret. usq; ad. immos. z. quid. q̄. uos. narū. fuit. re. ste
ret. ad. illud. ad. aaron. z. hur. optimates. nubes. mōte
scd̄. q̄. mille. uocat. z. quadam. montis. planitie
solut. ascendit. moyses. ad. caligine. septimo. aut. die
uocauit. eū. dñs. de. medio. caligmis. mgr. fuisq; mo
ses. medium. nebule. fuit. cū. dño. xl. dieb; z. xl. noc
tib; nō. comedes. neq; bibens. z. aut. dñs. adeū. sume
ꝑmittas. i. ꝑciosa. queq; applicuit. s; abeo. cū. quib
tro. obtulerat. aurū. s. argentū. res. iacinctū. ꝓ
urpuram. coccumq; bis tinctū. i. ceā. uermetum. ꝓ
urpura. z. coccum. ei. coloris. z. bissum. quod. est. genꝰ
lini. egypti. molle. z. candidū. pilosq; caprarū. z.
pelles. arietū. rubricatas. q̄. dñs. purpureas. q̄. pel
les. coloratas. eas. ex. egypto. ait. ex. pellis. uitulorum
rubricatis. Est. autē. ebē. lignū. montis. montis. z. arboris
que. sim. lis. e. albe. spine. mollis. rest. ieu. simū. lig
nū. z. mpu. bileum. z. mre. mabile. oleū. quoq; ad
luminaria. aromatū. tum. ture. z. thimiama. bōi
hodoris. z. lapides. onichinos. z. caeteros. lapides
mal. faciendos. in. sedilia. ut. ubi. mre. unus. deo. ce
nesa. est. labor. recuret. admonet. hē. ne. sum. tribu
nem. tabernaculi. quod. ostendendū. est. faciēs. illud.

chana libra leg. tabulas. aaron aaz. ubi. am
phebet. h̄ anhum. ornamisse legel.

xxi. De scemate arche.

Archam de lignis sethim facies quam hebrei dicunt aron. Hoc itaque ordine moyses narrat: primo de his que fuerunt in tabernaculo, secundo de tabernaculo, tertio de atrio. Josephus vero econverso. Pre foribus erat atrium, post istud foribus collocationis. Longitudo arche habebat duos cubitos et semissem, altitudo similiter cubitum et dimidium, et intellige cubitum humanum, non geometricum, quod apparet in altari, latitudo similiter. Quod dicit esse archam, Josephus vocat hebraicum palmum, et dicit archam non habuisse pedes. Et deaurata est intus et foris auro mundissimo. Fecit quoque ei supra coronam auream [illegible] admodum, id est labium, quod in mensis et scutellis fieri solet, per circuitum, latitudo et longitudo erat bina circuli aurei totum lignum [illegible] penetrantes, et per eos vectes de lignis sethim deaurati, in quibus archa ferebatur, nec umquam extrahebantur. In qua postposita [illegible] est scificatio, id est tabule in quibus scriptum erat testamentum. Tunc quoque ibi reposita est scificatio, id est tabule in quibus scriptum erat testamentum. Tunc quoque in reposita testimonia dicitur postmodum posita esse in urna aurea plena manna in testificatione quod panem dedisset eis de celo. Tabule in testificatione quod lege nature scripta in cordibus suscitaverit inscripta. Virga aaron in testimonium quod omnis potestas a domino deo est. Deuteronomium in testimonium pacti quod dixerunt: omnia que dixerit nobis dominus faciemus. Ob hoc dicta est archa testamenti vel testimonii, ob hoc et tabernaculum testimonii dictum est. Et quia causa [illegible] eius agebatur, scilicet est et tertio [illegible]

De propiciatorio et cherubin.

propiciatorium aureum, id est tabula aurea eiusdem longitudinis et latitudinis cuius archa, ut archam tegere posset. De spissitudine eius non legitur. Hoc dicebatur oraculum, quia dominus de loco illo dabat responsa. Responsum autem divinum oraculum dicitur, quo potentibus dabatur. Dicebatur et propiciatorium quia exinde loquens dominus propiciabatur populo. Vel quia dictum propiciatorium dicebatur gloria domini semper in descendere ea, utique non prece oraculi, scilicet in duobus angulis anterioribus positi sunt duo cherubin productiles, non fusiles, sed tusionibus malleorum producti sunt. Sunt autem ut dicit Josephus animalia volatilia habita figuram, quam nullus hominum est inspectus. Sed dixit moyses se in sede conspexisse figuram. Cherubin unus alterum respiciebat, versis tamen vultibus in propiciatorium, duobus quorum alis expansis contiguos tangentibus velabant oraculum. Alias expositas extendebant. De mensa et coronis.

Itemque ait dominus: facies mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis et in latitudine cubitum, in altitudine cubitum et semissem, spissitudinem digitorum vero. Et inauratis eam auro purissimo ex

dire ut tuerentur civitatem et confugientes gentes sunt adeuntes. Illi vero qui erant in insidiis instabant eis et pugnantes cum eis interfecerunt eos a minimo usque ad maximum. Totam civitatem destruxerunt, posueruntque delentes de suis manibus totam tribum illam dele-. et fuerunt fere sexcenti. milites in terra illa ut penitus destruerent omnes civitates et vicos pervenientes ad tribum beniamin. Tunc dictum est occidere omnes viros ac mulieres, exceptis sexcentis viris qui fugerunt in petram remmon. Erat enim locus ille munitissimus et inexpugnabilis. Hic fuit prophetia illa s. vox in rama audita est, ploratus et ululatus et planctus s. Rama civitas erat affinis gabaa et tamen fuit ploratus filiorum beniamin in gabaa quod audire fuit in rama et dicitur rachel plorasse filios suos quod beniamin fuit de rachel. Israel autem videns illos vic. latere in petra remmon iuraverunt quod nullus daret aliquem earum de filiabus suis in uxorem. Sic penitus deleta est tribus illa. venientesque in sylo obtuleruntque hostias domino pacificas. Postea mota misericordia ceperunt dolere quod ita destruxerant tribum illam et ita parvulos de iuramento dicentes: numquid non sufficeret quod destruximus civitatem cum qui scelus perpetrarant? quia iuravimus nos delevimus totam tribum illam. Tunc sapientes ceperunt cogitare si salvo iuramento possent consilium invenire quo restaurarent tribum illam. Quesieruntque utrum esset aliqua civitas in israel que non fuisset in destructione illa et invenerunt civitatem quandam s. iabis galaad. i. iabis que erat in terra galaad, et dixerunt: illi non iuraverunt. Bene possumus dare filias istorum illis. Convenirent ut cives illa reperta civitate vero iabis quod contempserat ire cum illis destruere proposuerunt dicentes: Iam bis contempsit nos, noluit venire nobiscum ad ultionem sceleris delevimus eam. Consiliumque x. milia armatorum elegerunt ut destruerent civitatem illam et interficerent omnes virgines tamen servarent nubiles et captivas ducerent. Sic fecerunt. Inveneruntque in quadrigentas virgines quas secum adduxerunt. Postea vero miserunt nuntios ad viros qui latebant in remmon. Nuntiaverunt illis quod itera sunt; et liceret illis reedificare civitates et vicos. cccc. et virgines darent uxores. cccc. viris. et ita factum est. Reliqui vero ducenti qui non habebant uxores venerunt ad illos dicentes: quid faciemus et nos? et responderunt: bene providebimus vobis. Tunc seniores ex secreto locuti sunt cum eis dicentes: festum tabernaculorum instat. Vos ascendite in sylo ad tabernaculum et vos latitantes in vineis sylo. Cumque venerint chorea virginum tripudiantes. cc. virgines tamen ex illis et ducetis eas in terram vestram. Patres vero earum cum postea venerint ad nos quasi adiudices respondebimus pro vobis. Erat enim consuetudo ut virgines ambularent per se sibi choreas facientes. restituta est itaque tribus beniamin. In diebus illis non erat iudex in israel. Unusquisque faciebat quod sibi bonum videbatur. Hic finit liber iudicum.

Ystoria Ruth

Solet autem intexi ystorie iudicum et ystorie regum in tempori ystoria de ruth moabitide, que fuit inducta in ecclesiam. in qua ex ea descendit christus. Unde ysaias: emitte agnum domine dominatorem terre de petra deserti. Hic autem ystoria hec esse facta diebus cuiusdam iudicis: ver-

tum sub aliquo predictorum quod non videtur vel sub aliquo sequentium non determinatur. Sed legitur quod aliquis iudicavit post predictos non heli sacerdos. Dicitur quod fuit in principio regum quod iudicavit populum et ita translatum esset sacerdotium de familia eleazari ad familiam ythamar subito fortasse factum fuit quod legitur de ruth. Dixit itaque ystoria quod orta fame in terra s. in iuda quidam vir bethleemites elimelech cum uxore sua noemi et duobus filiis mahalon et chelion transiit in terram moabitarum ubi panis erat fertilitas. ibique mortuus est. Ibi autem duo filii eius duxerunt uxores de moabitidis. Una ruth, altera orpha. Uterque autem mortuo sine semine vel herede remansit noemi cum duabus nuribus fuitque cum eis in terra moab per x. annos. Audiens postea quod fertilitas redisset in iudea proposuit redire in terram suam. Due autem nurus sequebantur eam. cumque venissent in locum iuxta bethleem ubi ipsa erat locuta est ad eas flens hiis verbis: ego sum mulier non habens consolationem et iam non filium quem non habeo, nec habitura me spero. quod filiis meis suscitet semen duobus. proximi autem illorum noluerunt facere propter paupertatem nostram. Ideo vos filie redite in terram vestram. Certum quod deus noster dissimilis est deo vestro et non possetis pati apud nos. Post hec autem osculatis et deosculatas eam rediit. Ruth vero dixit: Vivit dominus et hec et hec mihi addat si te dereliquero. Deus tuus deus meus est et populus tuus populus meus. Ipsa respondit: fiat. Secuta est que noemi. Intraveruntque simul bethleem. Videtur tamen nomen illius civitatis fuisse mutatum illis temporibus, quod usque ad illud tempus dicta est effrata. Ab effrata uxore caleph que in sepulta fuit. Tamen in civitate famis tempore maxima fuit sterilitas. Postea vero maior longe fertilitas et habundantia fuit ibi quam in aliis civitatibus. Ad quam copiam et fertilitatem vocata est bethleem quod interpretatur domus panis. Cumque audissent cives quod noemi redisset, dicebant inter se: Noemi rediit. et illi vocabant eam noemi quod sonat pulcra. dicebat ipsa: Nolite me vocare noemi. sed mara quod sonat amara. quod dicitur: Nolite me vocare pulcram, sed infatuatam. quia cum recessisse plena habens filios et virum, redii vacua. s. sine viro et liberis. Eo tempore iam colligebant ordea. dixitque ruth ad socrum suam: vis ut eam in agrum et colligam spicas? ut contingere ubi gratiam? Ipsa dixit: vade. Ivitque ad agrum in quo erant messores cuiusdam viri booz s. consanguinei filiorum noemi et cepit post eos colligere spicas. Post hec vero booz veniens visum messores suos dixit eis: dominus sit vobiscum. Ipsi responderunt: dominus sit tecum. Cumque vidisset booz puellam s. ruth colligentem spicas post messores, consuluit villicum qui preerat messoribus quenam esset illa que colligit spicas post messores? Qui respondit: peregrina illa est que venit cum noemi. dixitque: tota fuit pretium morando. Ego dimitte eam esse in agro ut colligat spicas. Dixit autem ei: et vos ex industria dimittentes manipulos post se ne illa verecundaretur. Locutusque est et ad eam dicens: Tu bene potes esse cum messoribus meis et collige spicas per totam estatem. Cumque sitieris, vade ad sarcinulas et accipe aquam de vasculis et bibe et cum ipsi comedunt potes comedere et intingere panem in aceto. Sedentes messores cum comederent obtulit ei panem et polentam i. grana fricata. In vespere vero excussit

cum baculo grana a paleis. Veniensque tamen quod fuit honusta. rediensque ad noemi attulit ei de pane et polenta quod dederat ei. Et dixit: dominus benefecit nobis. Narravitque ei quomodo booz ei locutus fuerat. Ipsa respondit: benefaciat ei dominus. consanguineus filiorum meorum fuit. Inveniens itaque ruth gratiam in oculis booz quod singulis diebus benefaciebat ei per messores suos. Quadam vero die locuta est noemi ad ruth sic dicens: Filia, vellem te requiem invenire si posse antequam morerer. Booz autem consanguineus meus. qui respondit: faciam quod precepisti. dixitque noemi: dies ventilationis est. Consuetudo erat ut pater familias die ventilationis convocaret suos et ancillas cum quibus iocunde epularetur. et in hunc diem ventilationis ipsius booz erat. Dixit noemi ad ruth: Lavare et unge et indue te vestibus elegantioribus solito et accede ad convivium cum suis et accubuit eius. Cum illis non solebat comedere et caue ne videat te ille antequam comedat et bibat. et nota ubi iacebit in nocte. Tunc latenter accede illuc et pone te ad pedes illius. More de hebreorum propterea quod dimisisti deos tue gentis bene facies, ei. Sic fecit ruth. Post quam booz comedit et bibit iocundus cum familia sua, unusquisque dormitum. Accessit ruth latenter et accubuit iuxta pedes illius. Post mediam vero noctem evigilans booz cum vidisset eam iacentem quesivit que esset. Ipsa vero respondit: ego sum ruth moabitis. extende pallium tuum super me quia propinquus es. Ipse respondit: posterior misericordia vicisti priorem. q.d. hic posterior misericordia quod tu vis suscitare semen viro tuo est maior quam illa quod tu secuta es socrum tuam noemi et dimisisti tuos. Sed alius est in civitate propinquior me est de iure debet agere in possessionem filiorum elimelech et ego quesitum ab eo si ipse voluerit habere possessionem et suscitare semen viro tuo. Si vero noluerit. vivit dominus ego ducam te. Tu autem interim caue ne aliquis presentiat te hic fuisse. et mane facto surgens booz antequam dixit ad ruth. extende pallium tuum. Booz vero accipiens. vi. modios ordei eam oneravit. Dimisitque illam dicens: Recede antequam aliquis surgat. Ipsa habiens venit ad noemi, narravitque ei quecumque sibi acciderant. Dixitque noemi. Filia sile. non quiescet vir donec perficiat quod promisit. Mane venit booz in civitatem et sedens in porta cum iudicibus forte videt illum transeuntem qui propinquior erat elimelech et filiis sunt et vocavit eum. dixitque illi. sede hic iuxta me. vocavit et x. iudices et coram illis dixit ei. Noemi vult vendere agrum et possessionem elimelech filiorum eius. Tu autem qui propinquior es pervenit possessio. Si tu vis retinere. Qui respondit: volo. Tunc dixit booz: fiat. Sed memento quod oportebit te ducere ruth moabitem ut suscites semen cognato tuo mortuo. Quo audiens ille, qui nolens ducere alienigenam dixit: iure tibi cedo. Discalcia ergo te inquit booz et da mihi calciamentum. Hic videtur cerimonias, quod in alio loco invenitur. quod ille qui nolebat ducere uxorem mortui discalciabat eum qui nolebat illam ducere et domus illius dicebatur domus discalciati. Hic vero dicitur quod ipse semet discalciabat. Sed potest dici quod qui uxorem erat nomine que eam ducet, ipsemet discalciabat se qui eam nolebat ducere. Duxit ergo booz ruth. suscepitque ex ea filium s. obeth.

que noemi suscepit in gremium suum et congratulabatur ei quasi sibi restitutum esse semen iude per ruth. unde fuit david. et ideo ponit hic ystoria recapitulationem generationis iacob genuit iudam. iudas genuit etc.

Incipit liber regum primus.

Incipit liber regum et regum simpliciter. Incipit hic secundus status populi hebreorum. Tres dicuntur fuisse status populi israelitici postquam intulit terram promissionis usque ad destructionem per romanos factam. Primus fuit sub iudicibus usque ad samuel. Secundus sub regibus usque ad destructionem babilonicam. Tercius sub sacerdotibus usque ad tempus christi. postea tamen cepit esse sub alienigenis. iuxta illud cum venerit sanctus sanctorum cessabit unctio. Distinguitur autem hec ystoria per IIII volumina iuxta numerum latinorum. Distinguitur hec ystoria per duo volumina tantum. et de duobus primis fecerunt tantum I librum qui vocatur samuel quia ipse eum scripsit. De duobus sequentibus alium quem vocaverunt malachim id est regum. Malachim enim sonat regum non de bis id est malachoth ut quidam voluit quia sonaret regnorum quia unum fuit regnum sed plures reges. Quis autem scripsit ignoratur. Autumant tamen quidam quod esdras. alii quod sedechias. sed non curandum est. Incipit autem a quodam iudice scilicet heli sacerdote qui iudicavit populum non melius continetur liber iudicum. Usque ad istum heli fuit summus sacerdos de familia eleazari qui primus post aaron habuit summum sacerdotium per successionem post eleazarum phinees. post phinees abiezer. post abiezer ozi. et tunc translatum est summum sacerdotium ad familiam itamar quia heli de itamar fuit. Incipit itaque ystoria regum sic. Fuit vir unus de ramatha sophim eufrateus nomine elchana. Iste fuit levita non tamen de aaron sed de chore. Fuitque de ramatha civitate que alio nomine dicta est arimathia. de qua fuit ioseph qui sepelivit dominum. In sophim. sophim mons est effratei non de effraim sed de effrata civitate unde fuit mater eius. ideoque effrateus id est bethleemites. Iste habuit duas uxores scilicet phenennam et annam. Fenenna autem erat fecunda. anna erat sterilis. ideoque multum dolebat propter opprobrium. fenenna et multociens improperabat ei. Erant enim habebat helcana III filios et IIII filias. Iste helcana in anno ascendebat in sylo cum uxoribus suis ut offerret iuxta preceptum domini. Ter in anno non apparebit vir vacuus coram me. cumque offerebat helcana accipiebat portionem de hostia ad comedendum et dividens dabat duplicem portionem fenenne quia dividebat eam et filiis suis. anne autem dabat tantum unam. quia non habebat filios. unde et multum dolebat vir eius quia valde eam diligebat. Anna quoque multociens sola veniebat et orabat dominum pro filio tantum mente flens et labia movens. nec aliquis eius vocem audiebat. Dum autem quadam vice consueto more oraret anna. hely sacerdos sedebat super sellam suam ad fores tabernaculi. quia in die ioseph adeo senuerat quod auctoritatem sacerdotii commiserat filio suo phinees. cumque vidisset annam sic flentem et orantem. existimavit illam esse ebriam. et quasi indignans dixit illi. Usquequo ebria eris. digere paulisper vinum quo madens. et ipsa respondit. Nequaquam non sum de filiabus belial id est diaboli ut venirem ad potandum. sed filia tua amaro animo est. et hoc petitionem ad dominum. Ipse hec audiens dixit. deus israel det tibi filia petitionem tuam. Tunc votum fecit anna domino quod si filium ei daret faceret eum nazareum et non ascendet novacula super caput eius. nec bibet aliquid quo inebriari posset. semperque serviret deo in tabernaculo. postea abiit cum viro suo in domum suam. Cognovitque eam vir suus. et suscepit ex ea filium quem vocavit samuel quasi impetratum petitio. Nato itaque filio helcana pater eius quibus constitutis scilicet ter in anno ascendebat in sylo iuxta preceptum domini. et tunc anna dixit ei. Ascende tu. ego non ascendam donec ablactetur filius meus. apud hoc votum feci. quod si daret mihi filium facerem eum nazareum et constituerem in tabernaculo cum omnibus diebus vite sue ut iugiter serviret domino. Hebrei dicunt tamen esse quandam ablactationem. prima ablactatio fit in tercio anno quando puer separatur a lacte mamille. Secunda fit post VII annos quando infans a balbutiente etate separatur. et iam plene lingua formatur. Tercia fit post XII annos quando iam ascendit ad pubertatem. Mater vero anna filio ablactato non intelligatur de prima. sed tercia ablactatione quia vir videtur sic ioseph ille videtur quia dicit quia post XII annum cepit prophetare. accepit eum cum tribus vitulis farine et cum amphora vini. volens hunc nutriendum dare hely. et quia tunc similiter ut offerret hostias pro exauditione sue petitionis. Ascendit igitur in sylo et dixit ad hely. Ego sum mulier quam existimasti temulentam esse dum orarem. quia petitionem meam exaudivit dominus. reddo tibi filium. volo itaque ut serviat domino omnibus diebus vite sue in tabernaculo. et tunc cantavit anna canticum domino. Exultavit cor meum in domino etc. In cantico isto invenitur ipso iste. donec sterilis peperit plurimos etc. In hebreo habetur. donec sterilis peperit VII. hic dixit anna de se quia prius fuit sterilis. postea habuit plurimos et infirmum est. hic de fenenna. Dicunt enim quod quando se nascebatur unus filius anne semper moriebatur aliquis de filiis fenenne. Sed cum anna non habuit nisi V scilicet III filios et duas filias. quomodo dicitur peperit VII. quia duo filii quos habuit samuel reputantur inter filios anne. Tunc autem samuel induebatur ephoth. Ephoth vero dicitur equivoce ad illam preciosam vestem summi sacerdotis ad quandam lineam vestem qua utebatur propheta cum prophetabat. et talem vestem faciebat ei mater sua. et tunc videns in israel id est propheta. Iudices illius erant duo filii hely scilicet ophni et phinees. filii vero belial id est diaboli sacerdotes pessimi. Istos reprehendit ystoria de pluribus sed precipue de tribus scilicet de rapacitate et de gula et de luxuria. De rapacitate quidem dicitur quia cum sacrificantes coquebant carnes suas ad comedendum et non daret ipsis sacerdotibus veniebat puer eorum cum fuscinula ad caccabos et lebetes. imponebatque et quicquid extraheret ducebat suum esse. De gula. quia cum aliquis sacrificabat paratus erat puer illorum et antequam portio domini super altare poneretur querebat sacerdotis portionem scilicet armum dextrum. pectusculum elevationis ad iudiculum dicens. Dominus meus non vult tam diu expectare. sed vult tepesturam comedere. et aliter vult parari carnes. et si non daret ipse accipiebat vi. cum sacerdotes deberent expectare quia carnes coquerentur cum reliquis. et potius misit eas sanctificare. De luxuria quia cum devote mulieres ascendebant ad tabernaculum et faciebant ibi moram per tres vel IIII dies iacentes circa tabernaculum pro foribus ipsi ad eas de nocte ascendebant et opprimebant eas. Pater vero eorum hely corripiebat eos tantum patrio affectu non de rigore sacerdotali sic debet. nolite ut dicitur. Quare hec facitis? Malam famam audio de vobis. Tunc misit dominus prophetam ad eum nescio quem qui dixit ei. Nonne ego eduxi vos de egipto. nonne constitui aaron summum sacerdotem. Nonne et ego transtuli sacerdotium de eleazaro maiore filio ad itamar minorem. et hic iterum quia non corripuisti filios tuos faciam rem aliquid tale quod quicumque audierit illud tinnient ambe aures eius. domumque tuam adnichilabo et sacerdotium quod tunc inde reditum habebit. quod factum fuit in diebus salomonis. et hoc erit tibi signum huius rei. quia duo filii tui una die simul interibunt. Puer autem samuel serviebat domino in tabernaculo. crescebat et confortabatur. et ut ioseph dicit post XII annum cepit prophetare. Ipse dominus erat cum eo ad tempus. locutusque est ad eum dominus hoc modo. Dum quadam nocte dormiret samuel in tabernaculo vocavit eum dominus. statim surgens venit ad hely dicens. Ecce pater. quid vocasti me. existimavit hic quod hely vocasset eum. ipse non respondit. Non vocavi. vade dormi et quiesce. Item secundo et tercio vocatus a domino venit similiter ad hely. et tercia vocatione dixit ei hely. vade dormi et si iterum te vocaverit. dic. Loquere domine. audit servus tuus. cum quarto vocaretur. respondit sic dixit. Tunc locutus est ei dominus de translatione sacerdotii. et de morte duorum filiorum hely. et de malo quod ventura erat in israel. Mane facto vocavit eum hely. adiurans ut exponeret ei veritatem eorum que audierat a domino. et ipse narravit ei omnia. hely respondit. Fiat secundum quod sibi placet. et erat non cecidit verbum eius in terra. quia non fallebat. eratque nomen ipsius samuel famosum in israel. a dan usque in bethel. Contigit itaque quod philistei congregato exercitu invaserunt terram filiorum israel. filii quoque israel congregato exercitu obviantes illis castra metati sunt iuxta lapidem adiutorii. quod est dictum per anticipationem. quia nondum vocabatur locus ille lapis adiutorii. Alia die iniere bellum cum philisteis et victi sunt filii israel. et ex illis occisi sunt IIII milia. Tunc timuerunt valde filii israel. Inieruntque consilium seniores de populo ut mitterent in sylo pro archa federis. Miserunt. Miseruntque heli eis archam cum duobus filiis suis qui erant sacerdotes. quibus preceperat hely ut numquam redirent sine archa. Cumque venisset archa domini factus est magnus clamor in castris filiorum israel. Philistei vero cum audissent clamorem. nuntiatumque esset eis quod archa domini venisset in castra timuerunt valde. tamen se invicem confortantes statuerunt pugnare. Alia die bello incepto victi fuerunt filii israel. archa quoque capta est a philisteis. duo etiam filii heli. ophni et phinees occubuerunt in prelio. mortuique sunt de filiis israel XXX milia. Tunc adolescentulus quidam de tribu beniamin veniens in sylo. nuntiavit in civitate que acciderant. factusque est planctus magnus in civitate. hely quoque sedens super sellam suam ante fores tabernaculi. quia erat extra civitatem in quodam eminentiori loco audivit clamorem. quesivit quid hoc esset. adolescentulus quoque ante eum ductus est qui exposuit omnia. Cumque audiret hely sustinuit. quia frequenter hec contigebant. cum postea audivit de morte filiorum sustinuit similiter. quia presciebat. Sed cum audisset quod archa domini capta erat pre nimio dolore retro cecidit de sella et corruit. fractisque cervicibus expiravit. Tunc uxor minoris filii scilicet phinees pregnans erat. et VI mensis erat ex quo conceperat. Hec cum dolore mariti cum dolore hely. cum dolore arche fortiter flens fecit abortum. cumque parturiendo moreretur dixerunt ei obstetrices. ne timeas quia filium peperisti. Ipsa videns quod moriebatur. et non poterat expectare diem circumcisionis. vocavit eum hicaboth id est ingloriam quia gloria translata est ab israel propter archam. hicaboth itaque filium in VI mense.

Philistei gaudentes de victoria. tulerunt archam in azotum. que erat civitas metropolis in palestina. et posuerunt eam in templo dagon. que erat quasi precipuus locus eorum iuxta ydolum non propter venerationem arche. sed in signum victorie. quia eorum religio erat. ut numquam in nocte ingrederentur templum dagon. sed sigillis noctibus claudebatur. Cum autem mane ingrederentur templum invenerunt ydolum prostratum iuxta ante archam et mirantes erexerunt illud et statuerunt super pedes suos in loco suo. Alia item die ingredientes templum. invenerunt simile illud prostratum ante archam sed diviso. nam caput et manus eius erant abscisse a trunco. manusque erant prope a trunco remote. et iacebat caput super limen quo ingrediebatur templum. et mirati sunt valde. fuitque extunc religio eorum ut numquam ingredientes templum ponerent pedem super limen. ideo quia caput ydoli super illud iacuerat. Azoti itaque posuerunt archam iuxta dagon. et statim archa quasi se vindicans bis prostravit ydolum dagon. postea et vindicavit se in totum populum palestine. sed diffusius. quia alii in tota terra. alii in civitatibus in quibus erat archa. In tota palestina ebulliebant mures de terra qui corrodebant radices herbarum et arborum et prohibebant fructus. ingrediebantur et apothecas. clibanos. domus eorum. et comedebant et contaminabant omnia. Preter hoc facta est talis pestis in azoto ubi erat archa. quia intestina eorum fervebant. et in illa que erant iuxta parte natium prominebant extra. unde subito moriebantur. cumque dormirent mures corrodebant prominentes extales eorum. Cognoscentes autem quod hoc contigit propter archam quam dicens penes eos esse non valebant convocaverunt satrapas et principes illius terre. dixeruntque ut circumferatur archa id est transferatur de loco isto. quia si forte propter archam hoc contigit. cessabit plaga. Sic factum est. et receperunt archam ascalonite. portantes eam in civitatem suam ascalon. et exivit pestis predicta plaga. Miserunt quoque archam in civitatem geth. Isti quoque miserunt eam in gazam. Isti autem dixerunt. Ad quid misistis nobis archam ut moriamur. Consulueruntque sapientes et divinos. quid essent facturi. et dixerunt eis quod consilium eorum erat ut redderent archam filiis israel sed non sine munere. Feceruntque ita illi V civitates V aureos anos id est similitudines anorum. ideo quia in parte illa pesti fuerant. et V mures aureos. Isidorus tamen dicit quod a civitate murata usque ad villam non muratam. fecerunt unaquaque villa murem aureum. posueruntque anos et mures in capsula nova iuxta archam. Iosephus exponens quales essent facti anni illi dicit fecerunt V simulacra id est ymagines. V. fecerunt et plaustrum novum. super quod posuerunt archam. et capsulam iuxta in qua erant ani et mures. posueruntque plaustrum in trivio. in quo scilicet III vie conveniebant. quarum una ducebat recte in terram filiorum israel scilicet in civitatem bethsamis que erat in principio terre filiorum israel. due alie vie ducebant alias. una ad deserta. alia ad similia. Acceperuntque duas vaccas recenter fetas. inclusisque earum domi.

Hebrei tamen quidam distinguunt bibliotecam suam per XXII volumina

Ab aaron habuit duos filios eleazarum et itamar.

de oratione anne.

de ortu samuel

de ablactatione

quomodo habuit filios

de filiis heli.

de vocatione domini samuele

de morte heli et filiorum eius et captione arche.

de remissione arche.

in civitate a... Isidorus

l. ut.

uncerunt eas ad currū. siū plaustrū. dicentes q; si uac
ce recto itinere icederent uersus filios isrl. siū dubio co
gnoscēre q; plaga ongāt eis ex ira dei. si uo decli
narēt. falsū. pte. scirēt q; nō accidat h pp archā. s;
alia cā. s. ex aeris intēpatia. & uo adhuc reponet ar
chā in axoriū iux dagō. uacce uo q̄ iuncte fuant ad
plaustrū q̄q̄ mugientes. filiis domi iclusis recto
itinere ibat p uiā q̄ it bethsamis. nō declinātes ad
dextrā. neq; ad sinistrā. satrape q; philisteoz sequebāt
plaustrū. ut uidērent qd fiet de archa. q̄ vii. mensib
ap philisteos fuit. Tūc erat tps messis. eratq; beth
samites colligentes messes. in ualle q̄dā. q̄ uidentes archā
redire gauisi sūt. & cucurrerūt usq; ad q̄ loc uacce trahent
ēū. uenitq; usq; ad agrū iosue. s. cuiusdā bethsamite
sci uiri. & i q̄euit. bethsamite uo cū gaudio illuc
uenientes. accepēt plaustrū in p'ing; minutati fregerūt.
feceruntq; acuu lignoz iux lapide q̄dā q̄ erat in ag
& illas duas uaccas i dño imolauerūt. sr lapid illū.
s; in depositione arche icauti fuer bethsamite. ut u di
cit ioseph. lxx. de pncipib. & maiorib. uidentes archā
discoopertā mortui s. dns u iudixrat ne aliq̄s de pp.
exceptis sacerdotib uidēt archā discoopertā. In libro tn
regū inuenit q; mortui s. de pp. l. milia. Videntes h̄
bethsamite miserūt nuntios ad ciuitate q̄dā q̄ di
cebat cariathiarim. i. ciuitate siluaz. Caria u ciui
tas. thiarim silua. ubi erat q̄dā sctissimus leuita
noīe aminadab. ad q̄ miserūt ut ueniret p archa.
uen itaq; aminadab. & ipi accipientes archā posue
runt eā i domo aminadab. & ipe fec eleazarum filiū
suū sacerdotē. fuitq; ap eū archa. xx. annos.
exceptis tpib q̄b duxit saul huit eā in bello. Post
xx. uo annos dd cū regret i pace tecd tabnaclm uj
dom sua. & archā transtulit illuc. Eo tpe dū archa
conferebat q̄ū ad huc erat i domo aminadab. samu
el habitabat i ramatha i domo pentū. qr amissa
archa dispsis sacerdotib & occisis. tabnaclm erat i sy
lo. s; pauci conueniebāt i. ples u colebāt ydola. & faci
ebāt s dos. samuel q; fecerat s altare iramatha.

Q° orante samuele uicit isrl philisteos

Tūc ip audientes plagas q̄ ongāt tā bethsamitis q̄
philisteis. cepit qī coacti dm time. In samuel op
portunitate reuersiois eoz ad cltu di cogscēs cep ambu
lare p ciuitates inde pdicās & dicens. Si uultis dm
time abicite ydola q̄ acq̄scentes pdicōi ei abicient
deos q̄ fecerāt. s. baalī & astaroth. h uidens samuel
uoluit congregare pplm. constituitq; eis diē in q̄ conue
nirēt in masfa. conuenīt itaq; oēs. & iermes. locutusq;
ē samuel ad eos dicens. abiecistis ydola. Si uultis timere
& colere unū dm. uolumus. Volo itaq; ut fiat signū
hui federis. Iudeorū erat uidere signū federis. s. i effusione
sanguinis. & i effusioe aq. Signū i effusioe sanguinis
habebat ritu gentiliū. signū i effusioe aq̄ habebat
q̄ aīe. h signū h erat signo. qr sic nich aq̄ rema
net in uase cū effudr uelū de ceteris liquorib. u uino.

& oleo. ita erit signū in effusione aq. s. q; q̄q; transgrede
rē pceptū & pactū dni penit delet cū sua ptenie.
effuder itaq; aq̄ corā dño. Philistei uo psentientes de
iermes conuenire debebāt. i. fama. iacere aggratio
exercitu i ruūt trā eoz. ut spuisos & iermes eos
opprimerent. & deuicerent. Iudei q; h psentientes dixerūt sa
mueli. In manu dni & tua h sumus, iermes. & iperx.
ne timeatis. Dns pugnabit p nob. Accepitq; agnū lac
tante. & obtulit dño. cūq; ad huc obtinere hostia.
fca s tonitrua i castris philistinoz. & terrīti fu
gerūt armis dimissis. q̄sq; i iudeos saluti fuere & dic
ioseph. q; pt tonitruū ē fcs tant tremor i castris
phil q; timuer ne tra absorb eos. Iudei h uidentes
descender i castra phil. & accipientes arma eoz. i secuti
s eos. eiecitq; eos ex fines suos. uillas & ciuitates
qs phil. eis abstulant recuperauit. Tūc accep
samuel lapide magnū. & posuit eū ifinib. uoca
uitq; nomen illū lapide ad iutorij. Philistei uo
de cetd lapide illū nō sūt transgssi. Ex illo tpe iu
dicauit samuel pp. h tn. t i ano conuocabat pplm
i tb locis. i bethel. i galgal. & i masfa. ibiq; dabat eis
iura de disponendis reb. Cū sensit samuel. habe
bat at duos filios. q̄z alt. s. maior natu uocabat

Q° isrl petiit regem

ē ioel. minor abias. q̄b dd potestate iudicandi
pplm. Iudicabat itaq; pplm i bsabee u dic uber
regū. s; nō sequebāt uestigia pris qr puertebāt iu
dicia accipientes pecunia. Venientes ppls uen ad sa
muelē i ramatha. Filii tui puertūt iudicia. Nō
uim ut apli iudicēt. s; ostitue nob regē q̄ reg
at & iudicet nos. & pcedat i bell. sic cetē gēs hñt
Samuel h audiens irat ē qr diligebat eos. q; po
sitam pede ex ub dni dicentis ei. Ne cures poti
abiecerunt me q̄ te. qī ego elegām eos in pplm
peculiare u cēnt sine rege. & ipi eiecerūt me. Da
bis eis rege in furore meo. & i ira. tū q̄ ego eligā
s; p' pdices eis iura regis. Tūc locut ē samuel
ad pplm. Dns dab uob regē s; i ira sua. Scitis at
qd faciet ub rex. Filios uros ub auferet. Facietq;
ex eis cursores. eqtes. cocos. & filias. uinea & uia. &
oliueta. oues. boues. & asinos s accipiet. pt h &
filias uras tollet. ex q̄b faciet unguentarias. & foca
rias. i. facientes tortas & panificas. Ipi tn nō miny
istantes dixerūt. uolumus regē. Fiat. Sequitur de regis

De electione saul et electe

electioe. In tribu beniamin i ciuitate gabaa erat uir
q̄dā. noīe cis. de stirpe gemini. i. biumil. t ut sup
dixim. tb illa dicebat gemini. Iste habebat fi
liū forte & bellicosū. pcerū i pp inuenire ab hu
meris s. cōtig qr iste cis amisit asinas. dixitq; filio
suo sauli. Sume puer tec. & q̄re asinas. Abiit
itaq; saul cū puero. & transiit monte effraim. & sa
lisa. ueneq; i ciuitate regū. q; sic ciuitas regū
ex ystoria nō hñs. s; dnt eā fuisse ramatha in
bitabat samuel. cūq; q̄siuiss mltis dieb asinas

et nō inuenissēt dix puero suo. Reuertam ne forte pr
sit de ub sollicit q̄ de asinab. dixitq; ille puer. ē uir
ciuitate in ista. eam p' ad eū. & ipe dicet ub de asi
nab. ex. saul. nō hēmus qd dni uidēti. Panis u defic
i cistarcis nris. cistarcia u sūt. q; bisacia. qr ex
utraq; pte ē sacc. i medio s uacua. u sportulā. i. pe
rā. qī nō hēmus argentū. i pera solebāt portare ar
gentū. & dix puer. Quarta pars statis argenti i uenta
ē. i manu mea. stat ē pond duaz untiaz. i uenta est
itaq; i manu ei semiuntia. i. dimidia untia. Cūq; i
gderet ciuitate. occurrer eis puelle exites ad au
riendā aquā. & ipi q̄siuer a puell. ubi ē dom uidentis.
que rx. Pparate ipe ascend in excelsa i hodie comessur
ē. Cosuetudo eoz erat sep sacrificare i excelsis. i. i locis
eminentiorib ex ciuitate. q̄ consuetudine accepat a
gentib. Pcedenti at die. i timauī dns samueli i aure
de rege dicens. Cras h ora ostendā t uirū q̄ unges i
regē pp. Ipe & ppa saluabat et dextrū armu. Cūq;
uenissēt saul & puer ad samuelē ascendente i excelsis.
dixerūt ei. ubi ē uidens. Ipe rx. ego sū uidens. & statim
dns reuelauit ei p spm scm. q; ipe erat q̄ elegat
i regē. dixitq; samuel sauli. Pcede me. qr hodie eris
mecū. cras dimittā te. dicā t & q̄ hs i corde. & de asi
nab nō sis sollicit qr iuente s. Quar at dix ei. cras
dicā t. q̄cq; hs i corde. Nūqd habebat aliud i corde.
uñ eet sollicit. Dnt hebi. q; pcedenti nocte sopnia
uit se ascende arbore plane usq; ad summitate. Sū
gciebat q; eet habitur ipuū isrl. Introduxitq; eos sa
muel in triclinium u erant tres ordines recubentium. In
uitauit u circite. xxx. uiros de ciuitate ut comederet
secū in die illa in excelsis. & posuit saulē. & pueruū
sup oēs i mensa. uocauitq; ministrūq; pauiat cibos. s.
cocū. dixitq; ei. Affer partē q̄ reseruaui. p q; pater
qr i pcedenti die dns pdixerat ei i aure h. Posuit at
portione illā an saulē dicens. Comede qr h t resua
tū fuit h. ex iclustū. Comedet itaq; i clomo samu
el. & nocte illa fec ill lectū i solario. & q̄euer ibi.
Mane aut fco uocauit eos samuel. Surgite ite i
uiā uram. Cūq; exrexisset & iret ibat samuel cū
eis. & portabat lenticlam olei. Vr q; lenticla ē uas
ereū. paruū. & q̄dratū. olei receptiuū. Alii dnt qd
erat uitū in q̄ significabat q; regnū ei nō erat du
ratū. Oleū uo q̄ fuit i uncte dd erat i cornu. q; du
rū ē. qr regnū ei duratū erat. Cūq; eent ex ci
uitate dix samuel sauli. dic puero tuo u pcedat
te. qr habeo t secreto aliqd loq. & pcessit puer. Sa
muel uo effudit oleū sr cap saul. de obsculatq; ē
eū dicens. Dns elegit te i regē pp. & cdet ite illi ue
tiā. & custodiā ab inimicis. Respondens saul dixit.
Dne q̄s sū ego. q̄s ē pat meus. q̄ū uiles & pupes
sum. Dix samuel. Ne cures. qī ue sis pusillani
mes. fac q; t bonū uisū fuit in pp. qr dns tecū
ē. & ne tu cedas q; despiciā te his ub. dabo t certa

signa q̄b certificabis. Dixitq; ei tā sig. hoc signū erit
t pmū. cū uenis i effrata. i. i bethlee iux sepulcrū
rachel q̄ ibi sepulta fuat obuiab cuidā uiro. q̄
nuntiabit t asinas pris tui ee inuētas. Scdm signū
erit q; paululū pcedens obuiab tb; uiris. q̄z un por
tabit tres edos. alt tres tortas panis. tci amphorā uini
Ascendentib in bethel ad imoland. & dabit t duos panes.
Tciū signū erit h. Cū uenis ad collē dni occurret t
chor pphaz cū tipanis. & musicis istrumtis. statimq;
spc dni insiliet inte. & pphab cū eis. Samuel iste dr
p' istituisse conuet scoz pphaz. & religiosoz ut simul
manerent. Locq; collis ubi erat conuet pphaz dicebat
coll dni. q̄ alio noīe dicebat philisteoz. eo q; phi
listei ingdientes trā eoz i fixit uectoria. Sauli eu
ti pdicta sig apparuer. cūq; uenisset ad collē dni
occurrit ei chor pphaz. & stati cū cep eis pphare
q̄a at pphauit ex ystoria nō habem. hebi tn dnt
q; pphauit de goth & magoth. de ult gentib q̄ sūt iclu
se ult montes pfaz. & i futo sūt uenē i trā pmissiois
& eā habitare. uenē & i ytaliā. Pphauit q; de futo iu
dicio & de pmiis bonoz. & suplitiis maloz. Ceti uide
tes saulē pphare. cepūt admirari & dicere. Nūqd sa
ul int pphas inuenit. u fuit pūbiū i iudeis. u cū
uiderent aliq mirū dicerent. Nūqd saul int pphas
inuentus ē. descenditq; saul i domū pris sui. & nuntiauit
ei q̄ s contigant. s; de regno tacuit. Cū itaq; samuel
cognouisset uoluntatē dni. & dns ostendisset ei q̄ uellet
ee regē. conuocauit pplm i masfa & dix. dies ē i q̄ dabit
ub dns regē s; i furore & ira. Ne at credatis me
p mea uoluntate regē elige. mittam sortes p mo
ptrib. eo p famil. de in p domos. tand p capita. h m.
Solebat p sortes dni uoluntatē cognoscere. Cūq; piceret
sortes cecid sors sr trbū beniamin. p ea sr famil ma
tharis de stirpe fuit eis pat saul. Adultim sup sa
ulē. Cūq; qreret eū nō fuit inuet i collegio. latebat
n i gabaa i domo pris. Currentes itaq; q̄sier eū. et
adduxerūt illū. q̄ samuel accipiens statuit eū i me
dio. & excellebat oēs de pp. ab humis s. dixitq; samu
el. Ecce q̄ dns constituit regē i isrl. nō ē simil ei
q̄ nō p' inueni i ub illi simil. Tūc ipi clamauerūt.
Viuat rex. h erat salutatio reg. Cedā tn & filii be
lial. i. diaboli dixerūt indignantes. Nūqd saul filii eis po
terit nos saluare. Nūq erit rex nr. Saul at dissim
ulabat qī nō audiret. h fco dimisit eos samuel re
dire ad pp'a. & saul simul. Contigit at q; naas rex

De naas rege et de uictoria saulis

amonitaz obsideret q̄dā ciuitate. s. iabes galaat ult
iordanē i dual tribub & dimidia. Iste rex sep i festa
bat has duas tb & dimidiā. & tali pena eos puniebat
q̄s capiebat. qr sep eruebat eis dextrū ocl'm.
Regū nō reddit cā. s; ioseph dic. qr io eruebat ei
dextr ocl ne posset pugnare. Cū u aliq̄s e i bello i
sinistra pte hēt clipeū q̄ ē ipedimtū sinistro oculo
Obsedit itaq; ciuitatē illā naas & misit nuntios

suos ad ciues ut redderent se. Illi timentes dixerunt quod redde
rent se. et ei seruirent. Ipse autem minatus est eis nisi erueret omnibus oculos de
xtros. alioquin non reciperet eos. Ipsi audientes hanc penam
quesierunt inducias .vii. dierum. ut interim mitterent nuntios
fratribus suis. et si non possent habere auxilium. facerent quicquid ipse
preciperet. concessitque eis inducias. Tunc miserunt nuntios ad
fines iudeorum. et perceperunt in gabaa ubi audierant regem con
stitutum esse. Venerunt nuntii in gabaa. et audita causa hostium
seuitia. ceperunt ciues clamare. et flere ex indignatione
tanti opprobrii. Cum autem tantus clamor et fletus esset in ciuita
te saul redibat de agro sequens boues suos. qui audiens
clamorem. et iam ualde admirans quesiuit quid hoc esset. Et cum
fuisset ei nuntiatum insiluit in eum spiritus domini. et concidens
boues quibus precedebat eum in frusta. misit singula frusta
singulis tribubus et ciuitatibus precipiens eis ut omnes conueni
rent ad uada iordanis armati. et siquis remaneret ita
fieret de bobus et iumentis eius. sicut fecimus fieri de suis. Illi
timentes eum conuenerunt. samuelemque uocauit. et uenit cum
eo usque ad uada iordanis in locum qui dicitur bezel. Ibique
collectum exercitum recensuit saul. et inuenit .ccc. milia ar
matorum. excepta tribu iude que erat bellicosa et per se
numquam erant .xxx. milia. Et cum transisset iordanem misit nun
tios in ciuitatem iabes dicens. Ne timeatis. cras incalescente
sole. liberabit uos dominus. et equitauit tota saul cum exercitu per to
tam noctem. et mane cum appropinquaret ad castrum moabita
rum sole oriente. diuisit exercitum suum in tres partes. aggres
susque est hostes. et diuisit eos in ore gladii. nec suffecit ei inter
ficere regem et hostes. sed terram eorum aggressus est eam depopulando
Cumque rediret letus de uictoria et de preda dicebant inter se
ubi sunt illi qui dicebant quod saul non regeret. interficiantur. et parcit
Saul dixit. nequaquam. dies ista sollempnis erit hodie. et hos
tias offeremus. non peribit hodie capud de israel. Dixitque sam
uel ad populum in alia die. Quia dissensio fuit in electione regis.
eligamus eum hodie sollempniter. Venerunt quoque in galgal. et
samuel statuit eum in medio. unxitque eum coram populo. et
ita bis fuit unctus. Hoc post solum controuersia glosarum in quibus
dicitur quod lenticula olei. erat uas ereum concauum. in aliis inue
nitur quod in uase uitreo erat oleum et hoc bene potuit esse ut di
catur quod in prima unctione fuit in uase ereo. ista in uase ui
treo. Postquam unxit eum samuel uoluit ostendere potestatem iudi
candi ad eum esse translatam. uolens ut prius daret de se iudicium
dixit. Adiuro uos coram domino et coram christo eius idest coram rege
uncto. ut dicatis si ego aliquid uestrum umquam abstuli bouem. uel
asinum. uel aliud et ipse iudex de me. Ipsi uero una uoce
clamauerunt. numquam fecisti nobis nisi bonum. Et dixit samuel.
Dominus in ira sua dedit uobis regem. Elegerat hic nos deus populum
sibi peculiarem. ut nullum haberetis regem. tamen elegistis regem
hominem. Ioque fuit ei quod dedi uobis. Vultis autem uidere certa
signa quibus cognoscatis hoc? Volumus. et statim cum esset tempus tri
tice messis quo in terra illa non solet fieri pluuie. nec nu
bes apparere in aere. orante samuel ad dominum subito
sunt facte nubes in aere. et tonitrua fiebantque grando et
pluuia mirum sit terram. et ei hoc uidentes dixerunt. bene

cognoscimus quod de subito iratus est. cui tamen orauerunt pro uobis pater. pro in
chilo igitur oratis me. quod semper orabo pro uobis. sed scribam uobis
iura regis. scripsitque ea samuel. et posuit in tabernaculo. nos
non habemus illa. Regi etiam dedit tale preceptum. numquam ibis ad
bella quin prius offeras hostias sollempnes domino. Mittes quoque pro me.
Non umquam offeres sine me quamdiu uixero. et si non uenero cum miseris
pro me. expectabis me per .vii. dies. Sacerdotes hic tunc offerebant
pro regibus. In hoc loco regum imponit quedam ubi dicitur Cum cepisset
regnare saul filius erat unius anni et duobus annis regnauit.
quod quidam sic exponunt. ut saul sit uocatiui casus dicentes. hic
erat filius .i. anni .i. bonus. et simplex. cum regnare cepit. et duo
bus annis regnauit in illa simplicitate. Initio autem anno et de in
cepit non regnum. sed tirannidem suam exercuit. Alii faciunt
datiuum casum. saul erat filius unius anni cum cepit regnare.
et plures hic de hisboseth intelligendum est quod post eum regnauit ille filius regnauit
duobus annis. quod non uidetur posse stare. quia .xl. annorum erat his
boseth. cum cepit regnare. et saul non regnauit nisi circiter .xx.
annos. sed tantum quinque; inuenimus quod regnauit .xl. annis. ita in
telligendum est. ut .xx. anni quibus iudicauit samuel computentur
cum .xx. in quibus regnauit saul. quod illi .xl. dicuntur fuisse
de rege saul. sed possumus dicere. quod cum cepit regnare saul
idest cum cepit regnum saul. erat ei filius unius anni. qui regnauit
post eum duobus annis. Postea redit ystoria ad propositum et dicit
quod saul elegit de exercitu .ccc. milia armatorum qui essent
secum et expugnarent hostes quos philistei in omnibus muniti
ssimis locis ubique posuerant custodes. quos uolebat
repellere. Jonathe filio suo qui erat fortis et pulcher.
dedit mille ut essent cum eo in ciuitate sua gabaa.
Postquam confirmatum fuit regnum saul per uictoriam moa
bitarum. philistei adhuc gentem opprimebant israel. posu
erantque stationes et presides in munitis locis ciuitatum.
et in gabaa ubi erat saul. Saul itaque cepit expellere
presides. et destruere stationes. et primo illos qui erant in gabaa.
Insonuitque tuba in gabaa quod saul erigebat se in
philisteos. et expellebat presides eorum. Et cum audirent
phili. collecto exercitu intrauerunt terram israel. ut eam penitus
delerent. ueneruntque usque ad machinas. alii dicunt mag
mas. et posuerunt ibi castra. eratque exercitus eorum super
faciem terre tamquam locuste. et tamquam arena que est in littore ma
ris. Et saul cepit congregare exercitum mittens nuntios per
uniuersos fines israel. et uocauit samuel ut ascenderet in
galgal et immolaret domino. et postea pugnaret contra phil. et
atque saul in galgal cum ionatha filio suo. et cum exer
citu suo expectans samuelem. ipse autem non ueniebat.
Exercitus uero eius uidens philisteorum multitudinem cepit
timere. et latitare fugere. et discedere a latere saul. et quidam in
...latebant in cauernis montium. quidam transiebant ad castra
phil. hebrei transierunt uada iordanis in galaad uel in gaad
In nocte omnes iudei dicentes hebrei. quidam tamen specialiter qui des
cendebant ab heber. dicebantur hebrei. Non remansit itaque in
galgal cum saule et ionatha plusquam .dc. uiri. de omni
multitudine. In .vii. die saul audiens quod non ueniebat
autem samuel. et cognoscens quod uideri recedebat ab eo ac

cepit hostias et holocausta. et obtulit domino ipsimet.
cumque postea fuisset ei nuntiatum quod samuel ueniret
occurrit ei dicens. Te faciente moram ego ipse obtu
li hostias. Fecisti igitur samuel contra preceptum domini et ideo
non stabit regnum tuum. iam elegit dominus uirum secundum cor su
um qui regnet. Quare regnum tuum non ueniet ad here
des tuos. et cepit se excusare propter discessionem hominum.
Respondit samuel. Nichil est. Magis debuisti timere preceptum domini
quam subtractionem hominum. et recessit samuel ab eo. et amplius
non uidit eum. sed intelligendum est tali modo. Saul uero cum iona
tha. et .dc. uiris rediit in gabaa. et fecit educi ar
cham. et effoth. de domo aminadab. uocauitque sacer
dotem nomine achias. filium achitob. qui achitob fuit fi
lius phinees filii hely. cumque saul haberet archam in sa
cerdote in gabaa. sedebat in agro sub malo granato iu
xta archam cum ionatha. et .dc. uiris. et non erat in ma
nu eorum gladius uel lancea quibus pugnarent. nisi in manu sa
ul et ionathe. Philistei hic ita oppresserant eos quod in tota
terra eorum non inueniebatur faber ferrarius ne possent habere
arma ad pugnandum. et tunc uolebat excusare .i. acuere
ferrum aliquod. oportebat eos ire in terram phil. a uomere
et ligone. usque ad corrigendum stimulum .i. acuendum. uel quo
corrigerent boues. Phil' uidentes quod terra iudeorum non posset
tantam hostium multitudinem sustinere. diuiserunt exercitum
suum in tres partes. ut sic depopularent terram. saul uero non poterat
eis subuenire. Quadam die saule sedente sub ma
lo granato cum ionatha. et .dc. uiris. uocauit ionathas la
tenter armigerum suum. dixitque illi. Eamus eamus explora
re phil. et erat in extremo una montis prerupti. sco
pulus igitur ascendit ionathas cum armigero suo. ne phil' presi
eis nocte. statimque insiluit spiritus domini in eum. et habuit uolunta
tem pugnandi cum eis. et dixit. Eamus pugnemus cum eis. potest
enim deus in paucis uincere multitudinem. Eamus et si dixerint
nobis state in nos ueniemus ad uos. et uidebitis quid fiet.
non ibimus. Si uero dixerint nobis uenite uenite. ibimus et pugna
bimus quia dominus est nobiscum. Phil' uero quando uiderunt
eos in monte dixerunt. non egrediuntur iudei de cauernis. Et tam
mirantes. uenite uenite pugnate nobiscum. et uidebitis quod
fiet uobis. Ipsi hoc audientes descenderunt per prerupta montis
nitentes nitentes manibus et pedibus. Cumque esset ionathas
in principio castrorum fecit impetum in eos. et antequam transisset
medium iugeris. interfecit exercitus .xx. uiros. et factus est tumul
tus et turbatio per castra phil. Erant hic gentes diuersarum lin
guarum. mutuisque uulneribus se interficiebant. se non intelligen
tes. et socios existimantes esse hostes. Cumque tumultus incre
besceret. et augmentaretur. audiuit tumultum saul. et quesi
uit quid hoc esset. quesieruntque coram se quis abesset. et non inuenerunt
nisi ionatham. dixitque saul sacerdoti. applica ephot. et
consule dominum. ante archam quid factum sit. Tamen saul ti
mens de filio non potuit expectare. et dixit. Cohibe
manum. non possum pati. Irruit itaque cum .dc. uiris in
castra phil'. et uiri qui erant cum eo erant capientes arma ex
mortuorum insequebantur phil'. Qui uero latebant in cauernis montium

De elat' phyli et fuga eorum per ionatas.

uidentes suos superare egrediebantur. Illi etiam qui transierant ad
phil'. conuertebant se ad saulem. et iam erant cum saule et ionatha
.xx. milia uirorum. Tunc fecit saul edictum dicens. Maledictus
erit qui comederit quicquam usque ad uesperum .i. interficietur. et peribit.
Jonathas autem non audierat edictum patris. et cum angeretur fa
me. persequendo hostes uenit in quendam agrum in superficie ui
dit fauos mellis. Josephus dicit quod inuenit quercum ubi apes
mellificauerant. et summitate uirge quam manu tenebat.
tetigit fauum mellis. et apposuit ori. et illuminati sunt
oculi eius qui pre nimia fame et lassitudine iam caligauerant.
Quidam uidens eum dixit. Pater tuus prohibuit ne quis comederet
usque ad uesperum. Respondit ille. Pater noster turbauit qui hoc interdixit. Insec
uti sunt ergo philisteos usque ad uesperam. et tunc fuerunt tanti tan
ta fame quod passim interficiebant animalia. et comedebant car
nes semicoctas. et adhuc in sanguine. Inquam peccauerunt. quod
interdictum erat ne comederent sanguinem. Ita dicit iosephus.
Sed tamen aliter exponitur cum sanguine. Debuit hic quod post uictori
am prius deberent hostias offerre. et sanguinem hostiarum
effundere iuxta altare. Postea comedere carnes. Ipsi autem non ex
pectauerunt hoc. ideo dictum est quod comedebant carnes cum sanguine.
Saul hoc uidens dixit. dixit. Maxime peccastis. Erat autem ibi ma
gnus lapis quem eleuauit saul in altare. et obtulit super eum
hostias. Hoc fuit primum altare quod dedicauit saul domino.
Populus itaque fessus et fame coactus in nocte cessauit a persecu
tione phil'. Vocauitque saul sacerdotem ut consuleret dominum.
utrum deberet persequi hostes et fugare alia die uel non. Consulu
itque sacerdos dominum. dominus uero tacuit non respondit ei. Vnde co
gnouit saul quod iratus erat ei dominus. Mane autem conuocato
populo inquit. Grande peccatum est in uobis uel in populo. propter quod iratus est nobis
dominus. quia in angustia consului dominum et tacuit. Viuit dominus
quod sortem concelumque inueniet peccatum istud. et si sit filium meum
ionatham peribit. Separate me et filium meum ionatham.
et uos sitis ex alia parte. et iaciantur sortes. ceciditque sors
super saul et ionatham. Tunc dixit saul ad ionatham. Confitere
domino peccatum. Dixit ionathas. Non sum memor peccati nisi
quod ante maledictum comedi panem. et refocillatus est spiritus
meus. Non tamen audieram maledictum. Non comedebam panem
sed fauum mellis. Aut panis ponitur pro quolibet cibo. Fac quod
promisisti. Gaudium est mihi et delectabile mori. te et populo
uictoriam obtinente. Tunc omnis populus una uoce clamauerunt.
Viuit dominus iste est per quem populus habet uictoriam. Non capillus
peribit de capite eius hodie. per clamorem populi liberatus est io
nathas. Post hoc saul et populus redierunt ad propria. et regnauit saul
in gabaa in flore et pace maxima. Israelite etiam qui prius non habue
rant preciosa uestimenta tunc ceperunt habere preciosas uestes
et multiplicare diuitias ex exercitationibus gentium. Cumque
prospere regnaret saul uenit ad eum samuel spiritu prophetico
et dixit. Cum esses paruulus et humilis dominus te exaltauit. et regem
constituit super populum suum et deum. Ideo bonum est ut facias quod
est preceptum. Respondit saul. Dic. faciam quicquid preceperit. et samuel
inquit. Dominus uult ut deleas amalech de sub celo. quia populum
transeuntem iordanem per moysen puniuit. et dixit faciam. Ama
lechite hic ut supra dictum est plus ceteris nationibus infestauit

De saul uictoria amalech.

pertate deuenerat quod uxor eius ibat cotidie ad textrinum opus. et labore manuum eius sustentabatur. Quadam uero die quidam pro mercede dedit ei edulum cum uxor ducebat ut audiuit tobias dixit uxori. Caue ne forte sit furtiuum. reddite dominis. quia non licet nobis furtiua comedere. Mulier uero commota in felle fereris ait. tu senex. et ceterum uero non sunt opera misericordia tua nisi pro pretio. furtum putas. Tunc tobias fleuit amare. et orauit dominum ut tolleret eum de hac uita. dicens. Iustus es domine. et iustum iudicium tuum. et he contigerunt nobis pro iniquitates nostras. hec dicebat omnis in principio orationis. et dixit o domine. auferas hoc opprobrium a me. et suscipe spiritum meum. Eadem die quadam uirgo orauit dominum in eodem modum. Erat enim quidam nomine raguel de eadem tribu de qua tobias. et habebat filiam nomine saram in quadam ciuitate medorum quae iam uii. uiris desponsabatur. sed quidam demonio nomine asmodeus in prima nocte quando deberent sponsos interficiebat. illa religiosa uirgine et sufficiebat eum. et sic de singulis fecerat usque ad septimum. unde omnes fugiebant matrimonium eius. hec igitur quadam die suscepit uiam litigantem cum ancilla et ancilla inprobauit eam dicens. Uir rogaremus ut uideres sobolem eius uel nos interficere. sic uii. uiros. Tunc igitur flens ascendit in solium et orauit. ut aufferret ab ea opprobrium hec. aut tolleret eam de uita. et ieiunauit per iii. dies. et exaudite sunt in tempore preces. scilicet tobie. et anne orationes. et dixit dominus ad raphaelem ut descenderet. et aufferret opprobrium uirgini. et tobie redderet sanitatem. Tobias autem cum orasset putans mortem credidit se in proximo moriturum. unde uocat filium suum. instruxit eum de timore domini dicens. fili pauperem uitam gerimus. habebis multa bona si timueris dominum. et dixit ei. cum clauseris oculos meos pones me in loco quem parauit tibi. Matrem uero quae per ix. menses te portauit reuerentia de uita eius habe. Modo accipe cirographum istud. et uade in rogeth ciuitatem medorum ubi inuenies quendam nomine gabellum. et dabis ei cirographum. et reddet tibi x. talenta argenti. et de pecunia illa sustentabis te et matrem tuam. Ipse ait filius. Pater uiam nescio. ciuitatem ignoro. nec uirum cognosco. Ad dixit ei pater. Egredere. et inuenias aliquem expeditum iuuenem qui ducat et reducat te. et dabis ei mercedem. Egressus itaque tobias inuenit raphaelem ad modum succincti iuuenis ad iter expeditum. et dixit ei tobias. unde es nobis bone puer iuuenis. et ille ex filiis israel sum. et non fuit mentitus. quia ex uidentibus deum erat. et dixit ei tobias. nosti uiam quae ducit ad ciuitatem medorum. et ait. bene. et tobias possesses me ducere illuc et ego sum. et expecta me parum. hec domino reddeo a patre. Reuersus ad patrem retulit ei omnia. et pater. uade uoca eum. Et cum uocatus uenisset raphael salutauit tobiam ceterum dicens. Gaudium sit tibi semper. et tobias quo pro tamen gaudium esse cum sim in tanto merore. et ait angelus. Ne cures. Deus cito reddet tibi sanitatem. Tobias de qua gente es. qui dixit bene scio quod non contribulis es. sed quero de gente. Angelus ait. Queris de gente mercenarium. sed dicam tibi. ego sum azarias filius magni ananie. sed hoc ad interpretationem referendum est. Azarias enim adiutor dei interpretatur. Anania gratia eius. unde et dicitur in per subiectionem uiri. non deus ananias. quia dicitur ego sum azarias. id est adiutor dei. filius ananie. id est filius gratie dei missus

in domum meam. et c. posses ducere filium meum in ciuitatem medorum rages
ad gabelum contribulem nostrum salua mercede. Et ait. possum. nam bene
scio uiam. locum. et hominem. quem requiris fui. et ducam et reducam eum
incolumem. Propterea quod ad te necessarius reperi iter. et canis
quidam sequebatur eos. Mater dolens de absentia filii conquerebatur uiro
dicens. Quod misisti filium nostrum baculum nostre senectutis.
O utinam numquam fuisset pecunia illa propter quam misisti eum. Sufficie-
bat nobis paupertas nostra. Et tob. solabatur eam promittens citum
reditum et prosperum. Cum iret autem angelus et tob. uenerunt iuxta tigrim
flumen. et manserunt in nocte illa. Et cum esset in uespere tob iuit ad
flumen ut lauaret suos pedes. Et ecce quidam magnus piscis af-
fuit uolens eum deuorare. Et tobias exclamauit ad socium. Domine
libera me. Et dixit ad eum angelus accipe per branchiam et trahe ad te.
rram. Ex quo cum extraxisset eum dixit ei angelus. accipe iecur
id est epar. cor. et fel. et repone in capsidem tuam. id est in pera. que op-
tima sunt ad medicinam. Post hec illi piscis assa comederunt. pre
sallita secum detulerunt. Beda hic locus satis congrue allegorizat
dicens. Quod pedes in cruce uoluit pedes lauare. id est nos a pec-
catis mundare. et diabolus sedens super decursum fluuium celis insidiatur
intuens si quam maculam postea inueniret in eo unde eum deuoraret
In sequenti die. Tob. quesiuit ab angelo. ad quam medicinam essent uti-
lia illa que reseruarat in pera. Et ille ait. Si posueris de iecore
in carbone super prunas odore ipsorum omne genus demoniorum fuga-
bitur. Item si acceperis de felle. et tetigeris albuginem oculi. uel maculam
statim reparabitur lumen et decadet macula. Cum essent iam in terra me-
dorum declinante die quesiuit tob a socio. ubi iaceret nocte illa.
Et ille ait. Est raguele contribule tuo qui habet filiam saram que te ex-
pectat dominus. Audiens hoc tob dixit. Ipsa iam plures habuit. sed demo-
nium interfecit eos. Ideo nolo ducere eam. Et ait A. Ne timeas quia demo-
nium per noctem aliquibus qui sub timore dei incedunt. Ideo cum acceperis
eam uacare te oportebit per tres noctes ab eius amplexibus. et orare.
Et in prima nocte amouebitur demonium. In secunda dabitur tibi copula
patriarcharum. In tercia benedictio sobolis. Uenientes ad domum
raguelis benigne sunt suscepti. Et ipsis discumbentibus. Raguel
inspiciens faciem tobie. et uocans uxorem dixit. Uenit uidens. Nunc
assimilatur iuuenis iste tobie consobrino nostro. Et Raphael dixit.
Iste est filius eius. Et statim affectuose deosculantes eum querebant de
statu parentum. Et ille referebat. Tunc interfecto ariete paratus
est cibus. Et cum uenissent ad mensam dixit tob. Non comedam hic. nisi concesseris
michi donum super petitionem meam. Et ille. [illegible] est. nolo te contur-
bare. pete quod possum dare. Et tob dixit. Peto ut des michi filiam tuam
in uxorem. Tunc raguel obmutuit. Tum quia pertimuerat. tum quia
timebat mortem consanguinei. Et raphael dixit. Noli timere. Quia deus
seruauit eam huic. Et statim pater tradidit filiam tobie per manum. et facta
inscriptione id est cirographo dotis et donationis comederunt. Post cenam
sponsis intus cubitum. pater et thalamum in alio loco abeo in quo
demonium interficiebat sponsos. Sponsa manens in cubiculo sponsum cum
lacrimis expectabat. orans. et timens demonium ne interficeret eum. Et cum
uenisset tob in cubiculum solus cum sola manens non fuit immemor
uerborum socii. extraxit partem iecoris. et cordis piscis. et supposuit
prunas. et ascendente fumo socius angelus accepit asmodeum et religa-
uit eum in deserto superioris egypti. Tunc dixit sponsus ad sponsam.
Nos filii sanctorum sumus. et ideo non licet nobis more gentilium copulari

sed abstineamus ab amplexibus tribus noctibus orationi uacare. ut
mereamur cum benedictione patriarcharum coniungi. Benedictio pa-
triarcharum fuit. Crescite et multiplicamini et c. Raguel uero
credens eum ad modum interfectum uocauit seruientes suos circa
gallicantum. ut foderent et pararent foueam ut ante lucem se-
pelirent tob. Et precepit uxori ut mitteret ancillam ad cubiculum
filie ut uideret quid esset in eum. Ueniens ancilla inuenit eos
dormientes pari [illegible]. et afflictione. nam per totam noc-
tem orauerant. Regressa ancilla retulit hoc domino suo. Et raguel
gauisus est ualde. et precepit seruis. ut repleret terram in fouea.
Et interfecit uaccas. tauros. et arietes. et uocauit amicos
et consanguineos. et celebrauerunt nuptias gratulantes. Tobias uero pro-
perare uolens ad terram suam ne parentes expectando ni-
mium sollicitarentur rogatus est a raguele ut saltem per xv.
dies in secum remaneret. Et tob uocato azaria socio dixit
ei. Tu fecisti michi tantum quod non possem te recompensare. si darem
omnia que habeo. Si placet et raguel uult ut accipies de seruis
suis. et de camelis. et ires in rageth. ad gabelum consanguineum
meum cum cirographo ut reddat tibi pecuniam. et ueniat
huc tecum me uisurus. Azarias accepit. iiii. seruientes. et ii.
camelos. et quod socius rogauerat executioni mandauit. Gabelus
et gaudens uenit ad consanguineum. et osculatus est eum. Et cum sollempniter
celebrauerunt nuptias. Tunc raguel concessit genero suo
medietatem omnium rerum suarum. scilicet auri. et argenti. seruorum an-
cillarum. et pecudum. Et post mortem hereditatem totam. Et sic sus-
cepta uxore cum omni dotali supellectile festinauit tob. reuertebatur.
Et cum non possent pre senio sui accelerare. iam hoc tantum temporis quod prodi-
xerat ei pater transierat. Et non ueniebat per xi. dies nisi ad medi-
um itineris. pater tob sollicitus dicebat. Quid putas facit filius meus.
Scio quod mortuus est gabellus. Et non est qui reddat ei pec-
cuniam. Et c. Mater tob dicebat ut quid fili misimus te pe-
regrinari et c. De nimia sollicitudine ibat ad exitum
uiarum. ascendebat eminentiora loca et speculabatur per
totum diem. si uideret filium redeuntem. Tunc azarias dixit
tobie. Bonum est ut precedamus istos quia pater tuus timens
pro te sollicitatur. Et isti post tecum nos sequentur. Et ita ibant
illi duo expedite. canis eos sequitur. Et dixit raphael
ad tobiam. Scis quid facies cum ueneris ad patrem. osculaberis
eum. gratias agentes domino de bonis que contulit tibi postea acci-
pies de felle piscis. et iniunges oculos patris. et recu-
perabit lumen. Et cum ipsi euntes appropinquarent ciuitati. canis
precurrit. Et mater que erat in specula uidens filium cu-
currit ad uirum. et nunciauit aduentum filii. Ut erat cecus
duce puero ibat gaudens obuius filio. Filius occurrens
patri osculatus est eum. Redditus est cecus [illegible]. Et ipse ex-
posuit. Et gratias retulerunt domino. Tobias uero non immemor
consilii socii. accepit de felle piscis et iniunxit patris oc-
ulos. Et post tres uel .iiii. horas ceciderunt ab oculis eius albu-
gine piscis et recuperauit uisum. Post .vii. uero dies sara
ueniente cum sua supellectili gratanter honorifice sus-
cepta. Et per .vii. dies fecerunt magnum conuiuium cum ami-
cis suis. Tandem pater uocauit filium suum secreto dicens. Quid
potuimus iuste dare socio tuo azarie. Qui te duxit.

reduxit. Et ille ait. Quam pater. si scires quanta bona
fecit michi. Iste liberauit me a pisce qui uolebat me deuo-
rare. Iste dedit michi uxorem cum omnibus his bonis. Iste religa-
uit demonium. recepit argentum. Et c. reddidit lumen. Si da-
remus omnia que habemus non possemus ei beneficiis respondere. Sed
tamen offeramus dimidium nostre substantie. licet modicum sit. Et
rogemus eum ne sit ei despectui. At cum uellent sic facere
angelus dixit. Agite gratias domino. Et estote memores benefi-
ciorum eius. quia uos dignos est uisitare. Quando tu sepelie-
bas mortuos. et hoc et hoc faciebas. ego tecum aderam.
Ego non indigeo cibis mortalibus. Ego sum raphael unus
de .vii. spiritibus qui assistunt domino terre. hoc ita intelligendum
de .vii. spiritibus id est de uniuersitate angelorum. uel millenarium .vii. dona
spiritus sancti. que habundant in angelis. Illi audientes hoc obstupe-
facti ceciderunt in facies suas. Et angelus tetigit eos dicens. Ne
timeatis. Memores estote dei uestri. et benedicite eum. Tempus
est ut reuertar ad eum qui me misit. Et statim euanuit ab oc-
culis eorum. Et fuerunt in extasi per .iii. horas. Postea surgens to-
bias cecinit canticum domino. Magnus dominus. et magnum regnum
eius. Et c. Prophetauit in eo de liberatione et de reedificatione tem-
pli et ierusalem. et quod uniuerse gentes de iuda conuenirent ad collocandum
in dominum. scilicet de omnibus partibus mundi. quod hodie fit. Erat autem to-
bias cum amisit lumen .lvi. annorum. et .lx. cum recuperauit
et ita .iiii. annis fuit cecus. Et postea uixit .lii. annis. Et uidit
filios filii. et filios filiorum. Et cum esset centum .ii. annorum. conuocauit
eos sub imminente die mortis uocauit filium. et dixit. Scio quod
uerbum domini immutabile est. Ciuitas ista destruetur. Ideo ubi
ei sepeliri nolo ut postquam collegeris in unum ossa mea. et matris
tue recedatis ierusalem. Ipse autem non credidit ei. sed postquam clausit
oculos patris et matris. transtulit se a niniue ad ciui-
tatem medorum. ubi erat socer suus. Et uixit in .xcix. annis
et uidit filios filiorum. et tandem mortuus est. Judith.

Historiam uidue iudith dicit ier. se rogatum quorundam episcoporum
scilicet theodosii. et cromatii de caldeo in latinum transtulisse que
gratia et rogatu transtulit et posuit. sed non eodem modo. nam in iubilu
de uerbo transtulit. quia hoc propter corruptionem librorum non potuit ob-
seruare unum sensum historie fidelis latinus signauit. Iste
in canone hebreorum habetur tamen inter agiographos libros. quia non sunt
tamen autentici apud eos. quanta lex et prophete sicut apud nos aug.
Abr. Et c. non sunt tamen autentici quantum euangelium. et epistole. Tamen
utique autentici. sed hii minus. illi magis. Hunc autem librum nicena
sinodus contulit plurimum auctoritatis. Quia autem tempore factus fuit quod
hic narratur ex ipsa historia certum non habetur unum ex factis iudith
post reditum. quia hoc fuit post reditum de captiuitate bab. quia
factum fuit hoc consilio summi sacerdotis. Cum enim quod hebrei
primo fuit a deo de egipto subducti. postea sub re-
gibus usque ad transmigrationem bab. tandem sub sacerdotibus.
Et ideo probabile est. quod hoc fuit factum quando hebrei erant sub sacerdo-
tibus post reditum a captiuitate bab. Hic autem in ipsa historia. quod
nabucodonosor rex assiriorum uicit arphaxat regem
medorum. Et cassiodorus qui glosat hunc librum dicit. legitur
omnes annales libros regum assiriorum. et nullum de regibus eorum

inuenimus uocatum nabuch. Sed neque in annalibus medorum in-
uenimus aliquem regem uocatum arphaxath. Rectius est quod ad
hebreorum traditionem. quod dicunt hoc factum esse in tempore cabisis filii cirii
regis medorum. Cirus iste fuit rex medorum qui dedit libertatem
redeundi de captiuitate populo hebreorum. et regnauit .xxx.
annis. et postea regnauit cabises filius eius .viii. annis. Iste
cabises superbissimus homo fuit qui antequam adultus esset conspirauit
aduersus patrem. Sed dati preter reges. ubi posset habere necessaria sua. et dedit
ei assiriam. In qua patre uiuente regnauit in. et tunc uocatus est na-
buchodonosor. Mortuo patre regnauit super medos. Et de uno arpha-
xat regem medorum. non iste fuit rex medorum. sed regulus aliquis
pusillus ipsius terre. Iste edificauit becatabaram uel echatanis. Et ibidem
unus est ciuitas in media ubi fuit daniel quando fuit in mansione
id est spira regale. scilicet sepulcrum ubi postea sepulti sunt omnes reges medorum.
quod adhuc nouum uidetur pre nimia pulchritudine operis. Et in sepulcro fuit
custos aliquis hebreorum. Ideo quod daniel ipsum construxerat. Nec est
incredibile quod iste arphaxat hedificasset ciuitatem illam. Sed non
dicit iosephus deceptorem edificauit eam. sed ideo dicit arpha. edificasse. quia
ampliauit eam. et circumdedit eam muris quadratis. Quorum latitudo
fuit .xx. cubitorum. altitudo. lxx. cubitorum. Et fecit per murum
turris altitudinis .c. cubitorum. Et cum fecisset hanc ciuitatem sup-
erbiuit. et uoluit se extollere contra cabisem. Et ideo cabises mouit
exercitum contra eum. et pugnauit contra eum in campo ragau prope eufraten
Iste est qui genuit seruich. thare abraham. et c. Iste quoque fuit ei.
In hoc campo cabises qui dicebatur nabuch rex assiriorum ut predixit
est uicit arpha. regem medorum. non quia rex esset omnium. sed quia pre terre
medorum in potestate habebat rex medorum dicebatur. Sed hoc non
possent stare uidetur. cum cabises non regnauit nisi per .viii. annos. Et hic
dicatur factum in tercio decimo anno regni eius. Sed bene potest esse quod quis non
regnasset post mortem patris nisi .viii. annis. tamen in uita patris reg-
nauit per .v. annos in assiria. Et hoc factum in .xiii. anno regni sui.
Exinde in uictoria illa rediens in niniuem elatum est nimis in superbia.
usque adeo ut in diebus sollempnibus faceret se deferri per ciuitatem cer-
uicibus .iiii. regum. super lecticam. Et uolens sibi uniuersum orbem sub-
iugare cepit mittere nuntios per omnes partes orientales. scilicet phira
ciam. siriam. et alias partes orientales ut sibi seruirent. Et illi omnes uno
ore negauerunt et uacuos remiserunt. Audiens hoc iratus est. et uocans
principibus suis. et exercitum. prefecit exercitui olofernem principem
militie. Et precepit ei dicens. Vade ad subiugandum omnes prouincias. Et
nemini parcat oculus tuus. Non confessio fuit mente esse deum nisi eos.
domos. Iste fuit primum et ultimum preceptum quod fecit omnibus principi-
bus suis. qui erant tum in expeditione. Holofernes igitur de mandato regis
collegit exercitum. et habuit de assiria .cxx. milia peditum sagitta-
riorum. exceptis auxiliariis. quos collegit postea ex aliis prouin-
ciis. Unde tanta multitudo erat exercitus sicut facies terre. quasi
est locustarum. Et in castris eorum faciebat precedere camelos
honeratos frumento. uictualibus uniuersis. erat exercitus transiturus
et uenit primo in tharsis ciuitatem cilicie que erat metropolis. et de-
uicit eam. postea transiuit per mesopotamiam. et mediam. et uenit
in terram damascenam. scilicet in siriam. Nemini parcens non concedit nisi
nabuch. et licet multi prouinciis seruitutem postea pacti federis
promitterent tamen nulli parcebat non confiterentur nabuch esse deum.

sup. ara. transiens per idumeam usque gabaa. i. loca
montana que erat finibus iudee venit in planitiem iuxta
bethuliam que erat civitas in introitu iude contra mon-
tana et mansit ibi per xxx. dies. faciens in castris sollempni-
tates. Tunc heliachim summus sacerdos filius ihesu filii
iosedech scribebat civitatibus iude contra eos
in dicens. Sperate in domino quia ipse liberabit vos. Et precep-
it muniri cacumina montium armatis muris ne paterent
hostibus et fecerunt. Et postquam perfecit opera sua ihesu beniamin prin-
ceps in bethulia. ubi defendit eam. regressus est in ierusalem. et
cepit utique altare facere ex lateribus. et precepit ut nullus
sacerdotum immolaret nisi indutus cilicio quod prius non fuerat factum
in ierusalem. et adhuc illud observatur in multis locis ubi est patiuntur
persecutiones discooperiunt altaria et ecclesias. et ponunt spinas
in. Audiens holofernes quod in muniebant se convocavit
reges ammonitarum et reges moabitarum. quos sibi subiugaverat
et tamen vix tunc duxerat. et consilium aberat quis sit iste insane gen-
tes. qui putant se nobis posse resistere. et rex eorum achior rex mo-
abitarum referens ei a principio vitam filiorum israel. et quomodo primo in
calde nollent colere deos caldeorum venerunt in terram canaan. et
descenderunt in egyptum. et cetera que in historia sunt. et ad ultimum addidit. et scias
quia si deus eorum offensus fuit nihil poteris eos vincere. Alioquin non poteris
sed erit eis ludibrium sicut pater fuit deus eorum. Tunc olofernes
et principes indignati quod achior dixerat. Putas quis alius deus
possit resistere nisi deus. nabucho. Immo vos …
ut tu scias ex parte eorum. et transfodiaris gladio cum eis. et ligaverunt
eum. et pueri duxerunt eum in bethuliam. ut occiderent eum illi.
fundibularii vero non permiserunt eos accedere. illi ligatum
in arbore quadam dimiserunt ad radicem montis. Illi qui erant
in montanis descenderunt. et dissolutum duxerunt in civitatem ad
oziam. et coram omni populo dixit. quare ligatus fuerat. et interceptus est.
susceptus est honorifice ab ozia in domum suam. Tamen cum audi-
erunt hec clamaverunt omnes ad dominum et ieiunaverunt pro tota die
et ipso capite orabant dominum. Olofernes vero videns se non
posse habere aditum convocavit moabitas et ammonitas qui erant
indigene. et docuit per eos ductum aque. et obturavit eos. Posuit
et armatos viros circa fonticulos qui erant circa montes. ut coac-
ti hebrei penuria aque redderent se. et molestaverunt eos in hiis
satis. Illi in civitate non durant aqua que erat in cisternis licet ad
mensuram biberent. in per xx. dies. unde coacti populi dixerunt iussu illo
ut redderent se olofernis et presenti nabuch contra deum. Audiens
hec ozias orans populo dixit. Expectate saltem per v. dies. et si deo
placuerit liberabit nos. sin autem faciemus propositum. et accepit populus
erat autem in civitate illa quedam vidua nomine iudith de tribu ru-
ben. et vir eius fuerat de eadem tribu nomine manasses qui tempore messis
dum instaret ligandis manipulis in agro lesus in capite calore solis
obiit. Post cuius mortem. Judith uxor eius fecit novum viduitatis et
constructo superiore solario in summa parte domus. ipsa cum una sola anci-
lla induta cilicio et vestibus viduitatis ibi sedebat et orabat
et nullus virorum accessus erat ad eam. et hec vidua formosa egregia
et fuerat in viduitate per iii. annos et dimidium. Hec audiens
consilium populi. Audiens suspensionem v. dierum. misit ad oziam et

ad duos sacerdotes qui preerant civitati. ut venirent ad
eam. et illis venientibus dixit. Quid fecistis? Qui estis vos qui
posuistis terminum miserationi dei. qui dominum temptatis? et potius ad
iram quam ad misericordiam provocatis. et illi responderunt. non potuimus
aliud. et illa. ne queratis quid velim facere. Vos quoque orate
… quod volo incipere. sed hoc volo ut custodiatis hac
nocte portas civitatis remotis aliis custodibus. et ipsi
dixerunt. deus patrum nostrorum dirigat et perficiat quod incepisti proposuisti.
Tunc ipsa lavit faciem suam. et unxit se myro optimo. i. un-
guento discriminavit crines suos imposuit capiti mitram
et depositis vestibus viduitatis. accepit vestes iocunditatis
et cenam … cum viro eius duxerat fuit et nulla ei relinquebat.
et oravit dominum dicens. deus dirige opus meum. sicut direxisti
gladium simeonis et levi in sichem in vindictam stupratis sororis sue
… et nota quod non commendat factum illorum cum iacob in hoc die
… detestetur illud. sed dicit ut sic efficaciter perficiat
ut illi perfecerunt. Et licet iudith pulcra nimis esset. tamen
deus tamen decoris et pulcritudinis summe ipsi addidit. ut
oculi eam intuentium reverberaret. Accepit itaque ascopam …
unum. i. aliquod vas vinarium. et vas olei. et polentam. et pa-
lades. al' alaptes. i. quedam olera facilia ad coquendum. et
caseum. et panes. et imposuit eam humeris abre ancille
sue. Ethimologia hic nominis abra non habetur. tamen sic invenitur
expositum. Accepit abram. i. ancillam. et in iudith comitata
sola ancilla venit ad portam quam custodiebat ozias cum duobus
sacerdotibus. et aperta porta egressa est. illi orantes deus patrum
nostrorum dirigat et perficiat opus quod incepisti. et descendens per montem
circa diluculum venit ad radicem montis quam exploratores
olofernis invenientes dixerunt. Unde es tu. aut quo vadis
ausa huc venire. et illa respondit. filia hebreorum sum. fugio
ad dominum vestrum. secretum habeo dicere. et duxerunt eam ad olo-
fernem sedentem sub canapeo. i. papilione ad modum retis.
facto. Sic dicto a canopo opido. canopeo a canopo. quia istud
canum est factum. Et erat hoc inibi canopeum gemmatum. Veniens
iudith prostrata. adoravit olofernem. et ipse statim captus
pulcritudine eius iussit servis suis ut sublevarent eam. et
omnes circumstantes admirantes pulcritudinem eius dicebant
… si illi qui dicebant non est pugnandum cum gente ista. …
… erat. et si non pro alio. tamen pro sola tam pulcris mulieribus
pugnandum erat. et holo. dixit ei. Quare ausa fuisti venire
ad nos. et illa. Hec ancilla tua sum. video quod civitas
nostra in tantis angustiis est posita quod in brevi capietur. ante.
et ideo confugi ad te. ut salvarem animam meam. Memento libenter
quod dixit achior. quia deus placatus tuebatur populum nostrum. sed
offensus tradit illum in manus inimicorum. et modo deus iratus
est illi populo. et ideo veniet dominus tuus in manus tuas. ut et non
duabus de causis. quia prima est quia cum deficit eis aqua mo-
riuntur pecudes. et bibent sanguinem quod interdictum est a lege
altera quia destruxerunt vasa domini. et pre inopia victualibus
et dederunt ea … manibus gentium. Propterea vult deus
tradere eos in manus tuas. et misit me ad te ut nuntia-
rem ista. Ego scio consilium eorum. et secreta loca civitatis

per que inducam te in medium civitatis. et ad templum opportu-
no tempore sine sanguinis effusione. et colam dominum meum iuxta
te. Ille rex. Si hoc feceris deus tuus erit deus meus. et iussit
suis ut introducerent eam in secessum thalami. et dari ei
ad comedendum de regiis cibis. Illa vero dixit. Domine permitte me
vivere de cibis quos attuli mecum. ne polluar alienis. Et
… non prius perficere quod incepi. et quidam astabat dixerunt
Quid facies postquam cibi tui defecerint. et illa. Antequam perficiam
opus quod volo. Tunc et rogavit principem ut liceret ei cum ancil-
la sua ingredi et egredi. de die. et de nocte quinque … ut adora-
ret dominum. data ei hec licentia erat iudith in thalamo
olofernis. et singulis noctibus egrediebatur cum ancilla sua
ad aquas. ut lota et munda oraret dominum. et fecit hoc per tres
continuas noctes. In quarta vero die holo. voluit facere
sollempne convivium pueris suis. et voluit ut interesset iu-
dith quam diligebat eam. Sed nota duo fuisse …
apud assirios unum nefas violentiam inferre mulieri.
Alterum ut sic ad aliquod confugeret. intacta dimitteretur ipsa ulterius
remaneret. et ideo misit ad eam quendam eunuchum nomine
vagao ad persuadendum ei. ut accederet voluntati sue. et ut
esset convivio. Illa vero eunucho persuadenti … facta quod
bonum fuerit in oculis domini. Et ille. veni quoque quia vult ut
intersis suo convivio. Venit quoque iudith ad convivium. sed
non comedit. non bibit. nisi que paraverat abra sua que secum
tulerat. Convivantes quoque inebriati per convivium recesserunt.
Solo holoferne cum iudith et abra in tentorio rema-
nente. quia tamen die illo biberat quantum nullo tempore vite
sue. et in dei voluntate factum est. ut sopore inexcitabili
in cubiculo opprimeretur. Tunc iudith videns hoc precepit ancille
ut staret ad hostium tentorii. ne quis irrueret. et ipsa
accepto pugione ipsius olo. qui erat in capite lecti te-
nens eum per crines … et abscisum caput involvit in ca-
nopeo quod erat super lectum. Dimisit vero cohoperuit vestibus
… et posito capite in pera ancille exivit per medium
castrorum nullo impediente vel interrogante. festinanter ascen-
dit per clivum montis venitque ad portas civitatis
clamavit. aperite aperite. quia dominus fecit ultionem
per manus meas. Apertis portis fit clamor magnus
in civitate. Accendunt luminaria. gaudentes conveniunt
in medio civitatis. quidam tamen credebant iudith esse mor-
tuam. Tunc iudith ascendit in editiore loco. et extenso
cap. holo. ostendit populo. et laudaverunt dominum qui liberavit
eos per manum mulieris. Achior rex videns hoc ob-
stupuit. et fuit in extasi per tres horas. et statim in eodem
loco circumcidit se. et postea introduxit familiam suam. et
de domo israel usque in hodiernum diem. Post hec iudith
fecit poni caput super muros civitatis. ut videntes illud
hostes deterrerentur. et mane facto dixit iudith. ut
non ad terrendum. sed ad pugnandum exirent. quia deus tradet
hostes in manus eorum. Egredientibus itaque mane de civi-
tate hebreis videntes hec assirii ceperunt deridere eos
dicentes. Ecce ecce egrediuntur mures de cavernis. non
tamen sine iussu audebant eos aggredi. … venerunt ad

tentorium holo. facientes strepitum et sonitum cum tympanis et
aliis instrumentis. ut vel sic excitarent. Putabant enim
adhuc eum dormire. nec audebant accedere. quia magnum
erat decus apud eos. sicut erat thalamum alicuius potentis.
ad excitandum eum. Tandem invalescentibus armatis. et appropinquantibus
dixerunt cubiculario. i. vagaoni. qui familiaris. Ingredere tha-
lamum excita eum. Ille intrans cepit applaudere manibus ut
eum excitaret. postremo venit ad thalamum et inveniens
cecidit ad terram videns. et ea … cepit clama-
re. et dicere sociis. Mulier hebrea illusit nobis. Sic in-
ventus summus. holofernes est sine capite. Quod audientes hii statim
ceperunt fugere. quisque volens salvare animam suam. et iudei inse-
quebantur eos. et precepit ozias ut per omnes fines iudee tuba inso-
naret. ut omnes armati egrederentur ad insequendum hostes. Post-
quam fugaverunt hostes ex vicinos suos in ore gladii redi-
erunt ad spolia. et vix per xxx. dies potuerunt colligere
aurum. argentum. vestes. equos. et hec omnia. et diviserunt ea inter se cives.
spoliis omnibus holofernis concessis iudith. Et eliachim
summus sacerdos venit visitare iudith. et inde omnis po-
pulus venerunt in ierusalem ad faciendas sollempnes hostias per vii.
dies. et fecit iudith omnia arma holo. anathema domino
in templo. Iudei receperunt diem illum in numero sollempnitatum
usque in hodiernum diem. et tunc cantaverunt et exultaverunt
in domino. et invenitur in adonay eorum. Iudei quoque duplicant
nomen dei. sicut nos cum dicimus. domine. domine. et cum in scripturis nomen dei tetrag-
rammaton. quod illud est ineffabile loco illius pronuntiant adonay.
et est quasi nomen dei tantum. Postea sequitur eorum quod est commune nomen omnium
deorum. Celebratis vii. diebus sollempniter redierunt ad propria. et
fuit in pace iudea in diebus iudith. Vixit autem iudith. c. v.
annis. et mortua est. et sepulta in bethulia cum viro suo.
Manumissa in testamento abra ancilla liberavit. **Hester.**

Sequitur hester hec historia pro sui brevitate compaginata est sedie-
cus duabus. que sibi sunt inter agiographa hebreorum continuatur. et
translata est a ieronimo de hebreo in latinum sub magna difficultate
pro corruptela librorum quos mendosos invenit. ad preces paul-
le romane matrone. et heustochie filie sue. que peregre
venerat in locum ubi steterunt pedes domini. et morabatur in be-
thleem. Rabanus quoque mistice exponit hanc historiam. Igitur de
tempore rei geste. et de hoc duplex habetur opinio. dicit enim al. ra-
banus quod darius filius … in prophetis de quo fit dictum est. habuit filium.
qui grece dicebatur artaxerxes. hebraice assuerus. et iste fuit
monarchus in temporibus … et sub isto gesta sunt que hic
narrantur. Hebrei vero aliter sentiunt dicentes. quod ioseph qui
fuit in tempore hoc. et scripsit historias non permisisset quin et hoc
factum conscripsisset. et dicit quod iste artaxerses habuit filium.
qui vocatus darius nothus. et iste habuit filium nomine artaxa-
xem. mater fuit … et iste fuit artaxerses. qui et memo-
dictus est apud grecos. apud hebreos vero assuerus. et fuit quartus
a predicto dario filio ydaspis. et sub isto dicit esse factum. Huic
opinioni consentit eusebius in cronicis suis. et nos sequimur hanc.
Iste monarchus habuit sub imperio suo. c. xxvii. regiones.
Ioseph vocat hunc cirum. hebrei assuerum. greci artaxer-
sen. … diversitas nominum perturbat lectorem. Iste in tertio anno

regis sui uoluit facere sollempne conuiuium in susis ciuitate ubi erat palatium regis optimum quod ut dicitur fecerat daniel sicut mausoleum in ecbatanis. hoc palatium miri artificii erat. et exteriora poliuit marmore quod erat usque adeo album quod de die idem nouum uidebatur. Interiora uero auro et argento discernebat ut testudo palatii gemmis et auro uariata celum stellarum micantibus uideretur. In conuiuio interfuerunt principes. magistres. et nobiles regis sui. et durauit per c. lxxx. dies. Postremo rex inuitauit omnes uiros de susis ciuitate. ubi infinita erat hominum multitudo. et uasti uxor eius fecit in suo conuiuio omnes mulieres. et quia palatium multitudinem hominum non poterat capere. fecit rex parari conuiuium in suo orto de uiridario ubi tentoria serica sericis cordis uiridis uariis decoris columpnis innitebantur. hee enim aureae. ille argenteae. alie eburneae. per anulos eburneos cortinarum sublimia sustentabant. Hic rex cum solis uiris discubuit et comedebat. regina cum solis mulieribus in palatio conuiuatae. et durauit hoc conuiuium per vii. dies. In septimo uero huius conuiuii die. postquam rex uino incaluit. uocatis vii. eunuchis qui ei astabant precepit dicens. Ite ad reginam et dicite ex parte mea ut imponat capiti diadema. assumat uestes iocunditatis et ueniat. ut uideant eam conuiuantes. Erat enim egregie pulcritudinis. Regina autem contempsit uenire. et dicit iosephus quod mos erat assiriorum ne barbari et alienigene uiderent iugales eorum. i. uxores. et ideo noluit uenire. Rex autem iratus uocauit vii. sapientes. et consiliu in consilium quid deberet ei facere. et unus ex illis nomine manuca dixit non tibi tantum fecit iniuriam. sed omnibus qui sunt de regno tuo. exemplo huius omnes mulieres contempnerent uiros. non erunt subdite illis. Exeat ergo edictum a domino nostro rege ut de cetero uasti non sit regina. sed submoueatur a latere regis. et queratur alia longe melior domino regi. et placuit hoc consilium regi et omnibus aliis. et exiit edictum. ut de cetero uasti non esset regina. Finitis vii. conuiuiis rediit quisque ad propria. Post aliquot dies sedata ira regis memor fuit pulcritudinis uasti. et turbatus est ualde. Cognoscentes hoc domestici et sapientes miserunt satellites per uniuersum regnum ut quererent pulcherrimas uirgines. inter quas inuenta est una pulcherrima. edisse nomine. Vel edissa de filiabus israel. quedam ciuitas a nomine huius dicta est edissa quam fecit assuerus. hester non dicit plus de ista. Sed iosephus addit dicens quod inuenta fuit in babilone. Nam in transmigratione filiorum israel duo fratres pueri adhuc translati fuerunt in babilonem. cum ioachim et aliis. Istorum fratrum unus uocabatur mardocheus alter abiel de tribu beniamin. et in babilone abiel duxit uxorem de tribu sua. ex qua suscepit filiam quam uocauit edisse. et alio nomine hester. et hanc post mortem parentum adoptauit sibi in filiam patruus suus mardocheus et nutriuit. Hic conuenit quodam modo opinio rabani de artaxerse. quia aliter non uidetur quod mardocheus tandiu potuisset uixisse. Vnde dicens uidetur quod mardocheus et abiel non fuerunt translati. sed in babilone longo tempore post nati. et hec uirgo ducta est ad regem. et mardocheus patruus et alumpnus eius secutus est eam. Inuente sunt alie pulcre uirgines. et tradite omnes egeo eunucho regis ut antequam representaret regi. per vi. menses ab eo ungerentur mirtino oleo. et per alios vi. menses tibi aromatibus conderentur pigmentis et speciebus. ut sic finito anno singule introducerentur ad regem in uespere dato uirgini quicquid peteret ad ornatum

et in mane dimittebatur intacta alterius eunuchi custodie non iam reditura ad uirgines. sed erat in secundis edibus. et tunc i. inter concubinas regis. nec iterum introducebatur ad regem nisi ab ipso rege ipso nomine uocaretur. Tandem eunuchus uidens edissam inter ceteras uirgines esse elegantiorem credidit quod illa placeret regi. et porro eam in solio uasti. et ideo tradidit munditiam muliebrem. et vii. adolescentulas que deseruirent ei. Mundum uero ergo eosdem dixit. et erat commoratus mulieribus. Alii dicunt quod sit uestis preciosissima reginarum. Mardocheus autem mandauerat puelle ut nemini reuelaret genus suum. et illa nunc mirum ei tunc obediebat quando erat sub eius disciplina. Finito anno eunuchus uoluit eam introducere ad regem. et ipsa nullum ornatum petere. datus est ei optimus. et introducta ad regem complacuit oculis eius. et disposuit eam ducere in uxorem. Misit itaque per uniuersum regnum suum. ut omnes principes et magistros conuenirent ad eius nuptias. et fecit edictum ut quicumque esset de regno suo audito die nuptiarum per vii. dies sollempnizasset ubicumque esset. Celebratis itaque nuptiis rex imposuit diadema capiti edisse. et locauit eam in solio uasti. Mardocheus uero cotidie ueniebat usque ad uestibulum. quia non licebat alicui intrare palatium nisi domesticis. et querebat qualiter se habebat hester. Cum ita mardocheus frequentaret curiam regis persensit machinationem quam duo principes eunuchi qui custodiebant atria palatii contra regem habebant. Isti diuites erant multos sub se seruos habentes. et horum unus dicebatur gabatan. alter thares. et isti quia male tractauit eos rex. indignati contra eum ut interficerent regem. et ut dicit iosephus. quidam hebreus seruus alterius eunuchorum reuelauit hoc mardocheo. Mardocheus uero indicauit hester. hester uero regi. Et rex per tormenta suspendi fecit eunuchos. et mardocheo data est licentia ingrediendi et regrediendi a palatio et ut comederet cum seruis regis. non ipse querebat aliud. et redactum est hoc inter libros annales quos mardocheus fecerat. Post hoc rex sublimauit quendam filium amadathi nomine aman. tantum quod esset secundus a se. et fecit edictum ut omnes assurgerent ei et adorarent eum flexis genibus tamquam regem. Quod et omnes faciebant preter mardocheum. quod cernentes serui flectentibus genua quererent eum. unde in morem permanebat. et ipsis interrogantibus quare contra ius non flecteret genua dixit. Ego iudeus sum. et non licet mihi ante hominem flectere genua. sed tantum ante deum. Et dictum est aman. et ille iratus uoluit putare hoc contemptum non solum in mardocheum. sed in omne genus hebreorum quos odio habebat. et iosephus reddit causam huius odii dicens. quod aman erat de genere amalechitarum quos iudei deleuerant. et ideo iste odio persequebatur eos. Primo itaque mense anni. xiii. die intrauit aman ad regem et cepit persuadere illi impetrandum suum dicens. Regis est diligere et conseruare pacem. et nunc est quedam gens seminans discordias et seditiones. ubi diuersitas morum et cultuum. Est autem in regno tuo gens quedam uilissima et nullius momenti. et contempnit mores mandatorum quos meo consilio a regno tuo extirpabis. Non sit tibi cure de eius tributo. quia pro eo ego dabo tibi. x. milia talentorum argenti. Rex acquiescens eius consilio statim dedit ei anulum in quo erat sigillum quo sigillabantur regis secreta dans ei potestatem.

ut pro uelle suo deleret gentem illam. et suum sibi retineret argentum. Ille gaudens recessit. et ueniens domum. conuocatis amicis indicauit quod rex sibi concessit potestatem. accepit urnam posuit sortes. s. xii. lapides. ut quo mense quo die. melius omnium quia posset hoc facere. et hoc fecit in. xii. anno regis assueri. In primo mense. xiii. die. et cecidit sors in. xii. mense. xiii. die. quod in facere dilectionem. Et scripsit litteras per ydioma cuiusque lingue que erat per. c. xxvii. prouincias ex parte regis. ut in tanto mense et die omnes iudei interficerentur. et bona eorum publicarentur. Sigillauit epistolas regio sigillo. et destinauit per omnes regis prouincias. et iussit ei. posuit in editiori loco. sine intra dictum ut omnes uiderent et cognoscerent tale decretum esse datum a rege ut omnes iudei tam mares quam femine a puero usque ad senem interficerentur. Tunc mardocheus induit sacco et sparsus cinere cum ceteris iudeis qui erant in ciuitate ibat clamando per ciuitatem quare dominus rex dedit tam crudele preceptum in gentem nostram sine culpa. et ueniens usque ad atrium non audebat intrare palatium cum esset indutus sacco. et serui nuntiauerunt regine dicentes. Amicus tuus mar. indutus sacco clamat. nesciebat enim adhuc quod esset patruus eius. et regina misit ei uestes per athac eunuchum quem rex deputauerat custodie eius. Mardocheus uero noluit suscipere sed misit dicendo ei per intuitum. nescis quam crudele decretum datum sit in gentem nostram. ubi omnis anima eius perierat. Iniunge ergo ... tua. et esto sollicita. et illa rex. non possum mihi rex est iratus. et non licet alicui non uocato accedere. et iam transacti sunt. xxx. dies. quod non uocauit me. Mos enim erat apud persas quod nullus audebat ire ad regem qui erat in camera non uocatus quin statim interficeretur. nisi rex motus misericordia extenderet super eum uirgam auream. quam gestabat in manu. quia rex erat in consistorio. et non uocatus poterat ad eum accedere. Mardocheus audiens hoc iterum misit ad eam exortando. et dicendo. forsitan in eodem te euasuram quia de cubiculo regis es. sed non mirum in diebus esse sollicita pro gente tua quia in si opportunitate oportuerit te mori pro ea. Forsitan deus ideo te introduxit in regis thalamum ut tunc in tanta necessitate genti tue subuenias. quod si non feceris deus deuet. et sumet parcat ultionem accipies. Et misit ei decretum scriptum quod aman suspenderat in ciuitate. Quod ubi hester uidit fleuit amare et remisit dicendo mardocheo ut conuocaret omnes iudeos qui erant in ciuitate. et facerent ieiunium trium dierum. et orarent pro ea. quia ipsa uolebat se opponere morti pro gente sua et ipsa sub ... afflictione fecit ieiunium triduum. Tertio uero die ipsa se induta uestibus iocunditatis est comitata solis duabus ancillis quarum una sustentabat eam. Altera eleuabat simata uestium. Venit deinde in thalamum ubi rex sedebat in gemmato lecto. rex qui toruo oculo eam inspexit. quia non uocata intrauit. et illa tantum timuit. quod cadens per .iii. horas fuit in extasi. quod ubi rex sic uidens pre timore cecidisse. surrexit et accipiens eam osculabatur. et fouebat eam in sinu. et post horam regina recuperauit animum. et rex dixit ei. Ne timeas

quia hec lex non est data pro te. sed pro subditis. tu una caro es mecum. et mecum regis regnum. et regina deosculata est uirgam auream. Tunc dixit ei rex. pete quod uis. et dabo tibi. etiam dimidium regni. Et illa turbata sum et non possum exprimere uoluntatem meam. sed oro te ut tu cum solo aman sumas hodie cibum quem paraui tibi. apud me. et ego indicabo tibi uoluntatem meam. et concessit ei rex. et uenit ad conuiuium cum aman. et cum incaluisset rex mero. dixit ad hester. Pete quod uis. Illa Domine si inueni gratiam in oculis tuis. rogo ut cras quoque comedas apud me cum aman. et cras petam quod uolo. et concessit rex. et cum egrederetur aman. omnes de familia regis assurgerent. et flexerunt genua ante eum et omnes alii. solus uero mardocheus sedebat. et dedignabatur surgere propter eum. et cum uenisset domum conuocatis amicis iactando se dixit quia eum rex diligebat. et ut regina inuitauit eum. sed non posse se esse letum uiuente mardocheo. et amici adulando responderunt ei. Fac parari trabem magnam ut suspendatur in ea in crastinum. et mors eius precedat mortem ceterorum iudeorum. et bonum hoc potuisse impetrare. et fecit per totam noctem parari trabem. Rex uero uoluntate dei hoc faciente non potuit dormire per totam illam noctem. et cum non posset dormire uoluit tractare de dispositione regni. et uocatis scribis iussit afferri annales ubi erant scripta facta regum. et amicorum suorum. et remunerationes eorum. et cum legissent inter cetera uenerunt ad factum mardochei. s. qualiter indicauit proditionem duorum eunuchorum. et nunc erat in remuneratione illius facti. Audiens hoc rex quesiuit quota hora esset noctis. et dixerunt. quod iam dies esset. et dixit. Ite ad atria et uidete si est in aliquis. et redeuntes dixerunt. non est nisi solus aman. Iste diabolo summo mane surrexerat ut impetraret de suspensione mardochei. et uocatus aman. uenit ad regem. Cui rex. dic mihi quid debet honorare aliquem qui esset mihi amicissimus. Aman putans hoc pro se esse dictum dixit. Domine hoc mihi. si poneret super equum de sella tua et poneres diadema super caput eius. et torquem auream super collum. et indueres eum regalibus uestibus ut aliquis de ducibus tuis pedes duceret equum per frenum. per totam ciuitatem circumferret. et diceret sic est honorandus. quem rex uult honorare. Et dixit rex. Sane consuluisti. Ecce tu es unus de maioribus meis amicis. et ideo uolo ut ponas mardocheum super equum et facias ut dixisti. et caue ne aliquid pretermittas de hiis que dixisti. Aman dolens fecit parari equum et uestes. et cum uenisset ad mardocheum et obtulisset ei uestes. et ut equum ascenderet. Mardocheus dixit. Pessime omnium. quare derides paupertatem nostram. Tandem fuit coactus induerunt. et posuerunt super equum. et aman pedes ducebat equum freno per totam ciuitatem dicens. Sic est honorandus quem rex uult honorare. Hoc facto aman uerecundus et iratus rediit domum. et dixit amicis. uix possum sustinere uitam et nescio quid faciam. Et dixit ei uxor sua. quia persequeris gentem illam. deus eorum. deus fortis est. et accipiet uindictam cum uult. et quomodo uult de inimico illius populi. et destruxit omne genus. et persecutione eius. et ideo uolo ut desistas a persecutione illius populi. et interim uenerunt nuntii regine. et duxerunt aman in conuiuium. et cum comedisset dixit rex ad reginam. pete quod uis et impetrabis. et illa. Oro mihi rex. ut reddas mihi animam meam. et supplico ut salues animam gentis meae. Vel peccat facere ut uenunderemur. cum inimicus meus adiudicauit me. et populum meum morti. et sic professa est se esse hebream. Audiens hoc rex commotus ira dixit. Quis est ille qui ausus fuit aliquid esse talis. Et illa. Aman qui est presens qui adiudicauit me et populum meum morti. et statim rex iratus prosiluit de loco

[illegible]

7 incidit oculi ii erat deuse arbores. 7 deambulando exco
gitabat q morte afficeret aman. Tunc aman cognoscens re
gem sibi iratum. prostrauit se super lectum regine ubi iacebat ad
impetrandam ab ea ueniam. 7 reuersus rex uidens eum prostratum super
lectum regine dixit. Numquid uult 7 me presente opprimere
uxorem meam. Statim cooperuerunt aman ne uideret rex eum. 7
iratus. 7 quidam de eunuchis regine. q iuuat ad iram
dei aman. 7 uidit q parauit ad suspendendum mardo
cheum dixit. Illa quam uectigal meus pot ei dari q ii suspe
dat in q parauit mardocheo. 7 precepit rex ut in ea suspe
deret aman. redditoque locus fuisset. 7 tradidit regine domum.
7 de possessione aman. 7 ipsa prefecit mardocheum omnibus illis
possessionibus. 7 iterum dixit regina ad regem. Si inueni gratiam
in oculis tuis adhuc uolo aliud impetrare ante. 7 rex dixit.
Non sufficit tibi quod destruxi inimicum tuum. 7 ipsa. Rex. non. Sed si bo
num est in oculis tuis uolo ut ueteres litere quas fecerat aman
de destructione gentis mee nouis literis deleantur. Alioquin omnes
hebrei interficientur. Tunc rex uocato mardocheo tradidit
eidem anulum q dederat aman ut faceret literas nouas pro uolun
tate sua. 7 sigillaret eas anulo. 7 insuper concessit ei eandem
potestatem quam dederat aman. ut secundus a se. 7 scripsit mar
docheus literas pro uoluntate sua. 7 misit per c. xx. vii.
prouincias. 7 continebatur in literis. ut omnes qui erant inimici iu
deorum. 7 leti fuerant de destructione iudeorum eadem die. qua aman pro
fixerat morti iudeorum interficerentur a maximo usque ad
minimum. masculos 7 feminas. principes quoque uniuersa
rum prouinciarum tali edicto. 7 audientes quod mardocheus secundus erat
a rege non fuerunt ausi permittere decretum. Fuit autem mardo
cheus sublimatus in tercio mense. xxiii. die. 7 in tercio decimo
die. xii. mensis interfecti sunt de inimicis iudeorum. lxx. v. milia.
uiuebant tamen adhuc. x. filii aman. 7 plures alii quam tamen
erant die illa. vii. hester dixit ad regem. Hunc adhuc peto
ut des mihi crastinum diem ut interficiant inimici mei quod tamen
et hodie. 7 peto ut. x. filii aman non moriantur com mor
te. sed suspendantur. 7 concessit ei rex. 7 interfecti sunt. ccc. 7 x.
filii aman suspensi. 7 sic liberati sunt iudei per hester. Mardo
cheus uero in signum huius liberationis statuit diem sollempnem ce
lebrandum annuatim in septimo. scilicet xiiii. die mensis. xii. quia
xiii. die uacauit interfectioni. 7 non uoluit ut sequens dies
esset sollempnis. sed illi qui erant in susis. quia adhuc quartodecimo
die uacauerunt cedi. celebrauerunt in. xv. vii. Inde dixit Ieronimus
quidam iudei celebrabant. xiiii. die. quidam. xv. 7 iste
dies uocabatur dies purim. id est dies sortium quia sortes quas mi
serat aman uerse sunt in contrarium. Que hucusque dicta sunt de
historia hester. Ieronimus transtulit magno labore per mendosos codices
quos inuenit. Cetera que secuntur dicit se inuenisse in uulgata
editione. 7 non preponendo quandam uirgulam iugulabat ea.
Ieronimus uocabat editionem uulgatam editionem lxx. interpretum.
Nos uero uocamus uulgatam quandam aliam. vii. sunt editiones.
7 est prima. lxx. interpretum. qui ante aduentum xpi. ad preceptum
ptolomei unigenti transtulerunt omnes libros de hebreo in grecum.
7 multa permiserunt de hebrea ueritate. 7 multa sunt addiderunt

quia ubi inueniret ea assignauit imponendo in quandam signum scilicet obe
lum ad modum sagitte habentis alas. 7 huiusmodi signo iugulauit
ea que non erant de hebraica ueritate. Obelus autem interpretatur sagitta
irradians. quia est proprie aliquid mortificando superflua illu
minat sensum lectoris. Ab huiusmodi sagittis legitur quod quidam
rex egipti scribitur. sic 7 ceteri sui predecessores nomine inscripsit
sedens in solio uidens quod nullus ultra modum excederet. 7 nocu
erat regno suo indignatus est. 7 accipiens arcum direxit sagitta
in nubem. 7 sagittauit. 7 statim celum serenum est. Consuluit sacerdotes
7 ariolos quid hoc esset. 7 illi dixerunt quod apollo indignatus erat
ei. quia sagittam in nubem miserat. Unde de consilio eorum fecit
pyramidem altitudinis. lxx. pedum. 7 in summitate posuit
duas sagittas aureas in honore apollinis. 7 posuit
unum de auro id est quod cerimonio splendore procedebat modo
radii ad similitudinem radiorum solis. 7 sic recuperauit
iste uisum. Postea cesar qui subiugauit romam ipso egi
ptum inuenit illas duas sagittas. 7 transtulit eas romam
